

Qualis ergo dementia & ingratitude est, si peccato gravi hanc spiritualem venustatem destruas, & animam tuam, quae prius fuit templum Spiritus Sancti, horrendum demonum habitaculum efficias? qualis ingratitude? si foedifraga malitia Divinum hospitium e corde expellas, & in eo iuramentum animarum pradoni palatium erigas? qualis ingratitude? si promissa Divino sponso fidelitatis immemor, adulterina impietate immaculatam caelestis Regis thalamum concupiscas? o Christiana Anima perpende, quid agas, recorde date fidei, promissaque fidelitatis: *Agnosce o Christiane, sic te adhortatur S. Leo, Serm. 1. de nativ. dignitatem tuam, & Divinae consors factus nature noli in veterem villitatem degeneri conversatione redire.*

10. Insuper Baptismus *mers* est non tantum peccati originalis, sed etiam actualis: id est, si adultus sacro Baptismatis fonte abluatur, haec Sacramentalis ablucio non tantum a macula culpae originalis, sed etiam a peccatorum actualium fordibus purgatur. Audiamus de hac veritate S. Pauli testimonium, (1. Cor. 6.) *Nolite morari, neque fornicari, neque idolis servientes, neque melle, neque mulcorum concubitores, neque iures, neque ebrios, neque malitiae Regnum Dei possidentes, tandem ostendit quid Baptismi gratia in eis poterit, addens: Haec quidem aliquando fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, in nomine Domini nostri Jesu Christi, & in Spiritu Dei nostri; Nempe Baptismus in illis non solum originale, sed omnia illa actualia, quae S. Paulus enumerat, peccata diluerat. Est igitur, quod homo ante Baptismum fuerit superbus, ut Jezabel, avarus, ut dives epulo, luxuriosus, ut Sodomitae, homicida, ut Cain, vindictae cupidus, ut Saul, iniustus, ut Achab, crudelis, ut Nero, atque haec omnia peccata, aut turpissima, & enormia sacro Baptismi lavacro abstergeantur: *abluti estis, sanctificati estis, etc.**

11. De Rege Thridate atrocissimo Christianorum persecutore refert Metaphrastes, ap. S. Iulium 1. 5. die 30. Sept. in Vita S. Greg. Armen. quod iuxta Dei vindictam e homine in porci speciem transfmutatus fuerit, ideo, quia culicorum quemquam Gregorium nomine, Christianam fidem negare volebant in subterranea serpentinae alitque venenatis animalibus plenam speciem concepit, sed in prodigiosam Dei insulas sollicitudinem! Gregorius in hac caverna per duodecim annos illius calidus conservatus est, usque dum Casarodura soror Thridatis a marito suo jam pie mortuo, in somnis monita est, ut Gregorium e hac caverna extraheret, a quo se Thridates Baptismum reciperet, ipsam humanam formam restituitur. Et ecce admirandum Baptismi virtutem! quamquam a S. Gregorio Thridates Rex baptizatus est, porcina ejusdem forma in venustissimum hominem effigiem transfmutata fuit. Eandem operationem, quam Baptismus in corpore Thridatis habuit, & habet eundem in anima hominis: homo per superbiam transfmutatur in pavonem, per luxuriam in por-

cum, per invidiam in canem, per gulam in crocodillum, per iram in serpente, verum haec omnia monstrata capita salutari Baptismi fonte in pulcherrimum Dei imaginem convertuntur. Id quod Plalmographus his verbis innuit, (Ps. 73.) *Conversus est capite draconem in aquam, Quid intelligitur per capita draconum? Bestias Dom. 1. Quadr. respondet, per capita draconum omnia peccata mortalia & venialia designari, per aquas autem, aquam Baptismalem, in quibus omnia peccata etiam actualia submerguntur, suffocantur & exstinguuntur. Audiamus etiam de hac veritate sententiam Augustini, qui sic ait l. 1. de peccat. mer. c. 15. *Generantur tamen tantum contrahitur peccatum originale, regenerante autem Spiritu non solum originale, sed & voluntarium peccatum fit remissio.**

## §. III.

12. Tandem juxta S. Augustinum *Baptismus est adoptivus gratia*. Id est, homo per Baptismum in Filium Dei & heredem Regni caelestis adoptatur dicente S. Joanne: *Dedit eis potestatem filios Dei fieri.* (Joan. 1.) Tempore, quo crudelissimus Rex Pharaon (Exod. 1.) in innocentes Hebraeorum parvulos defecit, ita, ut ad unum omnes inlar canam in fluvium profici, & im misericorditer aquis suffocari mandavit, idque ex regni ambitione; quia, ut narrat Josephus Judaicus ap. Corn. a Lap. in Exod. c. 1. ariolorum, ac flammam vaticinio praedictum fuit, nasciturum ex Hebraeis filium, qui illorum remire aucturus, imperium autem Aegypti everfurus esset. Illo, inquam, tempore natus est Moyses. O quantum in animo Matris pugnavit amor pulcherrimae prolis, & timor Regis! prevaluit tamen timor! parvulus Moyses in scella Cirpae Nilo, aut potius caec fortuna casu exponitur. Sed ecce! haec hora, qua Moyses aquis innata, filia Regis Pharaon in litore fluminis obambulans vidit venustissimum infantem, commiseratione tacta jubet illum ex aquis extrahi, educandum & nutriendum dedit matri, & demum cum adoleveret, in filium adoptavit. Miraris, mi Christiane, mirabilem fortunam lulum, quo Moyses in aquis summam felicitatem invenit, ubi mortem inventuras credebatur! Quid autem aliud contingit in aquis Baptismi? ibi parvulus natus peccato foedus videtur filius irae, & subito a Dei providentia excipitur, sanctae Matri Ecclesiae nutricandus, ac intituendus traditur atque a supremo cali terraeque Monarcha in filium adoptatur. *Videte, qualem charitatem dedit nobis Pater, dicit S. Joannes, c. 3. 1. ut filii Dei nominemur, & simus.* Quid ultra Divinus amor nobis exhibere potuit? homo vilissimus terrae vemiculus in Deo potentissimo cali terraeque Monarcha in filium & heredem assumptus est: o quam inexplicabilis haec est felicitas! O quantum favor Astrabro ab hoc favore jam paulo ante explicato!

13. *Epilogus.* Christiana anima! percipisti ad-

mirandum Baptismi effectum? Baptismus est potentissimus malleus, qui diaboli captivitate catenas frangit. Baptismus pretiosissimum litrum est, quo a misera inferni servitute homo redimitur: Baptismus suberrimum lavacrum est, quo peccati originalis macula abstergitur: Baptismus admirabile mare est, in quo peccata actualia submerguntur. Cum ergo mi Christiane, Dei filius sis, filialem Divino Patri amorem & reverentiam exhibere obligatus es. Cum Caesar in curia Romana rebellium pugionibus confodere, nullius alicuius agris tulit, quam illum, quem a Bruto adoptivo filio suo accepit, propterea furore dolore exclamavit: *Er tu Brute fili mi? talis filius adoptivus etiam tu es mi Christiane!* cum autem peccatum grave committis, gravem & lethalem ictum amantissimi Patri infligis, sed hanc injuriam Pater caelestis non minus agere ac Caesar a Bruto accepit. Igitur cum Divina clementia te adoptando in filium talem tibi exhiberet gratiam, qua majorem exhibere non potuisset, vide ne obliviscaris quam pro tanto beneficio debitam gratitudinem. Amen.

In Festo S. Josephi, Nutricii Jesu Christi.

## CONCEPTUS XIV.

De Patris Baptismi, eorumque obligationibus.

Joseph Fili David, noli timere -- pariet Filium, & vocabis nomen eius Jesum. *Matth. 1.*

*Quemadmodum S. Joseph Divini Filii, in Patris Baptismi pro Filio suo spirituali curam habere debet, sic jubendo pro ipso in Baptismo.*

1. **Q**uis non Beatissime Joseph ac animo gratulari sublimissimum dignitatem, ad quam a Providentia Divina pro mille aliis electus fuit? fuit enim electus in Divina Matris solatium, cui in persecutione Herodiana, in fuga in Aegyptum, in triduana amissione Filii, aliisque afflictionibus adjumento fuit. Fuit electus in Nutritium, seu putativum patrem Christi Domini, ita ut quotidiano labore, & tenui officii lucro nutrietur Divinam illam carnem, quae in universi humani generis litrum & Redemptionem in cruce mortua est. Fuit denique electus in magni consilii adiutorem, prout loquitur Mellissimus Bernardus, hom. 2. in Missis est, quia ex ore amantissimi Filii arcana Divinitatis mysteria dicit, tanquam admirabiles virtutum actus exercuit, ut dignus habitus sit, qui baptizari cupiebant, inter catechumenos recipiebantur, in quorum numero tamdiu remanere debebant, donec de mysteris credendis, de praecipis observandis, & de Sacramentis percipiendis sufficienter fuissent instructi: quod tunc vocabantur ad examen, & si minus habiles inventi fuerint, Baptismus illorum ad mentes & annos suspendebatur. Verum quia causa hujus rigoris permulti sine Baptismo saepe mortui, ideo benigna Mater Ecclesia provide ordi-

navit, non possint, aut non velint, tam corporaliter, quam spiritualiter nutrir, ac sustentent. Ulmus & vitis amicitiam cognitione sibi coherent, & nutria sibi invicem obsequia conferunt, ac recipiunt: Ulmus vitem fulcit, easque botros ac fruges, quas debilibus racemis ex se ferre non potest, portat: Vitis contra alium virentibus foliis coronat, eamque, ut ex se ferat sicut, suis frugibus divitem ac focandam facit. Patrem in modum Patris & ejus Filii Spiritualem, quem e sacro fonte suscipit, sibi cohaerere videntur: unus indiget alterius opera, unus alterum felicem reddit, unus alterius merita, & meritum praemia augere ac cumulare debet. Patrium esse, mi Christiane, non est officium mere profanum, non est mandatae politicae inventum, non est inanis caeremonia pure ad hoc ordinata, ut tu parentes amicos, & filius tuus Patrum accutit, a quo annuatim aliquid manufestulorum, & cum tempore promotionem sperare possit. Non ita! sed est obsequium sanctissimum, pro Dei honore, pro Ecclesiae incremento, & pro spirituali baptizatae prolis emolumento susceptum, quod magnas post se trahit obligationes!

2. *Proposito.* Quæris, quænam sint istae obligationes? Age, cape responsum in praesenti discursu, cujus prima parte explicabitur, qua ratione Patris in ipso Baptismo loco susceptae prolis ad interrogata respondeat, & pro Christianae vitae ac morum integritate illius fidei: altera dein parte explicabitur, qua ratione, in defectu parentum, filii spiritualis tam quoad corpus, quam quoad animam curam habere debeat. S. Dionysius Areopagita apud Arrianum Instr. 5. n. 4. de Bapt. officium Patris vocat Divinum: *Suis quo fieri sub Divina Parte parvum dicit.* Grandis honor! Magnum eloquium quomodo autem, & qua ratione illud est officium Divinum? quia quodammodo Divini Patris vices gerit in terris, cooperando ad temporalem & æternam salutem Baptizati. Atteadite! Favete!

## §. I.

3. *Confirmatio.* Imprimis Patris, in ipsa collatione Baptismi assistens, loco infantis quem e sacro fonte levat, ad interrogata respondeat, & pro obligatione, quam Baptizatus suscipit, fidei habere debet: Quid petis ab Ecclesia? Peto donum fidei: vis baptizari? volo! Abrenuacias sathanae & pompis ejus? Abrenuacias! & quae sunt similia: Primum Ecclesiae temporibus illi, qui baptizari cupiebant, inter catechumenos recipiebantur, in quorum numero tamdiu remanere debebant, donec de mysteris credendis, de praecipis observandis, & de Sacramentis percipiendis sufficienter fuissent instructi: quod tunc vocabantur ad examen, & si minus habiles inventi fuerint, Baptismus illorum ad mentes & annos suspendebatur. Verum quia causa hujus rigoris permulti sine Baptismo saepe mortui, ideo benigna Mater Ecclesia provide ordi-

navit, ut salute Sacramentum infantibus, statim ut nati sunt, conferretur, ea tamen lege, ut Patrinus promissione se obliget, quod necessitate instructioni in doctrina Christiana, si proles ad capacitatem atatis venerit, deesse non velit: consequenter Patrinus (idem semper & in omnibus intelligo de Matrino) coram Deo & Ecclesia fideiussorem agit, & quod baptizata proles cum adoleverit, obligationibus Sacramenti per vitam pie Christianam satisfactura esset. His autem, mi Christiane, ad quid fideiussor tenetur? Id explicans Cornelius a Lapide in illa Ecclesiastici c. 8. verba *Ne spontem super virtutem tuam, id est, prout textus Graecus habet: Ne fideiubeas supra vires tuas, expressit ait, (hic) Qui fideiussor est pro debito alieno, eo debentur debitorum solvere cogitur. Quod si unquam alias, certe hic vel maxime locum habet: Mi Christiane, munus patris suscipere, perinde extra voluntate; sed muneri patris quod suscipi, satisfacere, non pendet ex tua voluntate! promissum cadit in debitum, anima tua pro anima suscepta proles expolitur, ideo SS. Canonem te component verbis est. S. Augustino C. vos ante om. 103. de consecr. Dist. 4. de promptis: Vos ante omnes qui filios in Baptismo suscepistis, monio, ut vos cognoscatis fideiussores apud Deum extitisse pro illis. Eundem in sententiam cum S. Thoma p. 3. q. 67. art. 8. loquantur omnes Theologi.*

4. Scio quid sentias, scio quid cogites, mi Christiane! si ita est, avertat a me Deus, ut hoc munus suscipiam! malo non esse patrinus, quam tam arduis obligationibus onerari! Eras! propter obligationes non sunt deferenda charitatis officia! Deum ut has obligationes Ecclesia tibi dulcorat, insinuat cogitationem spirituales, quam cum baptizato contrahis, ut ea charitatis obsequia, ad quae ex fideiussione teneris non alieno impendas, estque hac cognatio spiritualis tanto excellentior carnali, quanto spiritus carne praeclit. Quid dicam de ingenti animi solatio, quo in ipso actu Baptismi gaudiosae abundare debent Patris, videntes, infantem baptizatum ex inimico Dei in amicum, ex mancipio demonis in Ecclesiae filium migrasse! Israelitae ex Aegyptiaca servitute elapsi, ipsum mare rubrum cum debitorum, quam in medio maris Moyses prodigioso aperuerat, feliciter petrastrant. Haud segniore Aegyptii fugientibus a tergo inhaerent, aufertiam aperit maris fauces ingredi: verum infortunato successu l. quippe collabentibus utrinque undis cum curribus, & equis ad unum omnes submersi perierunt. Id videntes Israelitae, flammes in ripa citeriori, indicibile est, quanto gaudio exultarint, Deum ludantes & in jubilibus voces erumpentes: *Cantemus Domino, quia gloria enim magnificentis est, equum & asinum praecepit in mare.* (Exod. 15.) Eundem fere in morem Patris, & omnes illi, qui baptismo infantis assistunt, jure merito exultare, & Deo grates rendere debent, quod peccatum, & tota dia-

boli potestas in mari rubro meritorum & sanguini Christi submersa sit: *Cantemus Domino.* (Segneri Hom. Chr. p. 3. dilc. 5. n. 8.)

5. Hac certe mutatio tam sanctis in Ecclesia militante, quam Angelis in Ecclesia triumphante, tam gaudiosa, tamque solatio plena, nunquam non visa est, ut illi & illi intersequenter munus Patrinorum obierint. Lauber de Sanctis pauca audire: B. Gertrudis (Sarius 8. Jan.) sanctam Gudilam e sacro fonte levavit, eamque Christianis institutis imbutam, orationi, vigiliis, & jejuniis adeo assuefecit, ut illa in tenera aetate ad exemplum suae fideiussor noctu Ecclesiam frequentare, & alique ad auroram preces producere sic solita: indignatus huic devotio diabolus lucernam illius non una vice extinxit, quam tamen S. Gaudia toties toties prodigiose reaccendit. S. Angustinus Monachus, (Molanus 12. Novi de SS. Berg.) a Gregorio Pontifice in Angliam missus, in insula Scotia Salvinium de sacro fonte levavit, eumque in virtutum ac pietatis studio adeo infinxit, ut postea Episcopus miraculis clarus, & Martyr evaserit. S. Sebastianus (Sarius 10. Jan.) sexaginta quatuor personis, quas ad fidem converterat, baptizante S. Polycarpo, Patrinus adfuit, eisque ad martyrii coronam, & perferenda pro Christo tormenta mirum in modum animavit. Taceo plures historias, (Ribaden. Sarius, Leuchbold & alii,) in quibus passim legere est de S. Adalberto, quomodo Egonis Comitis filium, de S. Rigoberto, quomodo Carolum Martellum, de S. Jodoco, quomodo Haymonem principem e sacro fonte suscepit, & plurimis aliis. Mirabilis est, quod extitit SS. Angeli munus Patrinorum suscepisse legatur. Vis iterum exempla! S. Eusebius, postea Vercellensis Episcopus, (Maribant. de Baptiz. re. 2. lict. 4. propo. 2.) dum ab Eusebio Papa & Baptismum & nomen accepit, duae manus Angelicae supra illius humeros vise sunt, quae eum de S. fonte levaverunt: S. Pelagia Tarsensis Virgo & Martyr, dum a S. Clinone Episcopo baptizaretur, visi sunt duo Angeli supra fontem stare, qui manibus fulgidissimum linteam tenebant, & aquis mirum splendorem impertiebantur. Puella Alexandrina, de qua Baronius, T. 7. ad an. 537. ut aliquem Juvenem ob debitorem onerata & molestias se suspendere volentem ab hoc proposito amoveret, omnes divitias, quas habebat, ad solvenda debita ipsi porrexit; qua liberalitate adeo depauperata est, ut postea ex inopis corporis libidini prostitueret coacta fuerit. Huius impietatis, cum ex inspiratione Divina nausam caperet, de seria emendatione cogitare cepit, adeoque ardenti desiderio ad fidem Christianam & Baptismum aspirabat: cum autem ob vituperandam infamiam nullam acquirere posset, quae eam a S. fonte suscipere, apparuit ei Juvenis similis illi, quem a suspendio liberarat, qui consolatus est tristitiam, & eius desiderio factis, facturum promissit: discendem ergo paulatim ad ducit duos fenatores, Viros maxime auctorita-

tis in urbe Alexandrina, qui munus patrinorum suscipientes, puellam sacerdoti baptizandam praesentantur, & pro ejus constantia fideiussorunt. Quid evenit? cum illa vestibus albis pro more induta postliminio in populo compareret, obstupere incolae civitatis, baptismum datum esse foeminae prodigiosa ac scelerata, eamque rem ad Episcopum detulerunt. Episcopus vocat parochum, & illo allegante fideiussorem fenatorem, vocat etiam hos: & ecce! uterque iurijurandi fide asseruit, se neque nosse, neque vidisse mulierem, neque etiam illius baptismum addidisse. Judicavit ergo Episcopus Patris illos fuisse duos Angelos, sub forma fenatorum illorum velatos, eamque gratiam ac beneficium mulierem illam liberam elemosyna promeruisse, qua desperandum hominem a suspendio averterat. En mi Christiane, quam honorificum, meritorium & Deo gratum sit obsequium, suscipere munus patrinorum! Abiit a te, ut illud refugas! Et hec de officio patris in ipso actu Baptismi dicta sufficiant! Pergamus ad alteram partem!

§. II. Et post baptismum illum nutriendo, & corrigendo.

6. Post baptismum deinde, cum proles suscepta creverit, & adoleverit, omnino consilium est, ut illam Patrinus blande habitam, iterum iterumque eorum commonefaciat, quae loco illius in baptismo promissit: Amantissime fili mi, ego in sacro regenerationis Sacramento tui in vicem responsa dedi! quaesitus fui, an Sathanae abrenuncies? repolui in tua persona, abrenuncio! Et pompis ejus abrenuncio! & operibus illius abrenuncio! Vide ergo, ut fidenter, quam per me Deo dedisti, illibatam citi idem S. Doctor, ser. 235. de temp. ut symbolum Apostolicum, & orationem Dominicam addicantur in tui debeant, ut Deum opt. max. non aeternitatem animarum, praemia meritorum, & supplicia damnatorum agnoscat: infirmi debent, ut praepcepta Domini observare, & SS. Sacramenta rite ac decenter frequentare valeant, & quae sunt similia. Proinde prudenter inordinavit Ecclesia, ut illi, qui non sunt baptizati, qui sunt haeretici, qui sunt rationis usu destituti, aut ipsi de sceleribus publice infames, in patris non eligantur; quia nemo horum idoneus est ad docendam doctrinam & vitam Christianam.

7. Ulterius obligatur Patrinus, ut filio suo spirituali, etiam in necessitate corporali succurrat, etque si forte a parentibus prematura morte abreptus, derelictus fuerit, alimenta & vitae subsidia subministrare patrinum enim esse nihil aliud est, quam esse subsidium patris, cuius vices illi, casu quo derelictus proles necessitatem salutis reducat, hunc in finem preces ad Deum fundat, monita centuplicat, & alios quoque familiares, cognatos, Magistros, confessorios, domesticos & extraneos in opem vocet. Deum immortalem! Vel bruta amantia, si suos catulos in infortunium incidere viderint,

padanos explodit? Mi Christiane, ab eo quod fieri amat, male arguamur ducis ad id quod fieri debeat! illa dies reylebit, quae fuerit hac ex parte patris obligatio! nescio enim, quis in hac obligatione cum patris dispensaverit, quod huius sui muneris adeo vivam oblivio. Eheu! videmus quotidie plurimos struiffe sexus infantes, inopes, miseros, famelicos, seminudos, in plateis circumvagari, non scholas frequentant, non conciones audiunt, non catechesin frequentant, versantur in periculo, ne in manus heterodoxorum, & in ipsas diaboli castes incidant! & patrinus, qui de bana huius proles educatione vadem se praebuit, illius derelictionem & ruinam aequa fronte aspicit? Vah! illa proles emortuo patre habet adhuc matrem! sed illa est inops, mendica, otiosa, & aliis vitis dedita, praeterea in rebus animae adeo barda & deses, ut dubium sit, an calcet symbolum Apostolicum, aut tota septimana vel semel Dei recordetur. O mi Christiane, quam ego tibi aeternam beatitudinem certo certius vellem appropritate, si in miserum id genus animulam, & ab impia matre derelictam, vel eos tantum sumptos faceres, quos domi facis in canes & aves!

At in rebus fidei & bonis moribus instruendo.

8. Denique & principaliter obligatur patrinus, ut si parentes maneri fuo defuerint, filios suos spirituales, quorum bonae laudabili educationi invigilare debet, in rebus ad fidem, & animae salutem pertinentibus instruat, aut instrui curet. Quanam sunt haec ad fidem & animarum salutem pertinentes? S. Aug. ser. 116. de temp. respondet: ut castitatem custodiant, in fidei diligent, charitatem romanam. In tui debent, ut idem S. Doctor, ser. 235. de temp. ut symbolum Apostolicum, & orationem Dominicam addicantur in tui debeant, ut Deum opt. max. non aeternitatem animarum, praemia meritorum, & supplicia damnatorum agnoscat: infirmi debent, ut praepcepta Domini observare, & SS. Sacramenta rite ac decenter frequentare valeant, & quae sunt similia. Proinde prudenter inordinavit Ecclesia, ut illi, qui non sunt baptizati, qui sunt haeretici, qui sunt rationis usu destituti, aut ipsi de sceleribus publice infames, in patris non eligantur; quia nemo horum idoneus est ad docendam doctrinam & vitam Christianam.

9. Quid autem, si filium spirituales in peccata, in pravos occasiones, in malas conductus prolabi contingat? O! tunc magis quam alias Patrinus omnem induriam acuat, & nullam non lapidem movet, ut errantem in vitam salutis reducat, hunc in finem preces ad Deum fundat, monita centuplicat, & alios quoque familiares, cognatos, Magistros, confessorios, domesticos & extraneos in opem vocet. Deum immortalem! Vel bruta amantia, si suos catulos in infortunium incidere viderint,

congenite feritatis oblitus, fletu, & ejulatu hominum auxilium implorat! Narrat Plinius l. 8. c. 17. de aliqua tygride, quod dum ejus catuli in foveam prolapsi fame & siti languere inciperent, impotens illos extrahere, tanto dolore aferret, ut ex nemore in viam regiam prodiens viatorum, quem ibi obvium habuit, gemitibus, blanditiis, & humili submissione, pro suo modo inveniaverit. Viator commiseratione tactus inquebatur ferox animal, a quo ad oram fovee ductus extraxit catulos, quo facto exultante tygris, indicibile est, quanta humilitate, quantaque gratitudine benefactori blandita sit, ejusque pedes allamberit. Hac, inquam, faciunt bruta animalia, & inter Christianos invenire fit aliquos, bellis peiores, qui, dum vident filios spirituales sine pane doctrinae elanguescere, suo auxilio desistant? Absit inventiri tales! hoc enim motus est spirituum, ut illos e fovea ignorantiae, & interitus extrahant, utpote quibus discretis verbis hanc obligationem inculcat Leo III. Pontifex: in Conc. Mogunt. c. 7. *Præcipimus, ut unusquisque, qui Compositos spirituales suos filios Catholicos instruat.* Nota, mi Christiane, Præcipimus, inquit sanctissimus Pontifex, ex quo sequitur, hoc patrum manus non esse de consilio, sed de præcepto: quod si pio hæc patrum conatu vel ipsi filii spirituales, vel, quod pejus est, parentes sese opponere ausint, non estigent commereas penas, & indignationem Divinam. S. Auberius Episcopus Cameracensis ( *Marelian. Gand. Myst. Lett. 6. propos. 2.* ) e sacro fonte levavit Landelinum, quem etiam cum ad annos discretionis pervenit, cum Nobilium consensu parentum, in domum suam recepit, & moribus sanctissimis adeo imbuat, ut puer ad Religiosum, aut Ecclesiasticum Ordinem aspirare inciperit. ( *Ardias de Bapt. Dignitat. s. m. 6. Lucian. p. 1. com. 39.* ) Id ubi parentes inaudierunt, indignabundi, & ad vitæ genus cum splendore suæ familie hanc convenire rati, filium a pio in structore arcarunt, & domi ad genium & delicias mundi instituire ceperunt, quæ institutio juvenis adeo intempat, ut primo in familiaritates periculosas, dein in turpissima scelera, & demum etiam ad Mahumetis sectam descenderit, factus latronum & piratarum corripheus. Egre gius splendor familie! Interim dum sanctus Patrinus non cessaret pro salute sui clientis supplices ad Deum manus tendere, contigit, ut intimus Landelini consodalis repentina morte ceciderit. Tristis & afflictus super hac futura, dum somni causa in lectum sese conjicit Landelinus, vidit in fornio aut melius in animi raptu consocium suum in terribilibus inferni flammis ardentem, adituque alatare Angelus, sine dubio illius custos, qui ei in faciem edixit. Quid agis miser? hæcne professionis fides, quam abrenunciato saluana te servatorum promissit? Auberit precibus debes, quod necdum hic cum factio ardeat. Væ tibi nisi quantum ad sanctam hunc tuum patrum re-

vertaris! Landelinus fudore & metu algidus, ubi ex raptu ad se rediit, sine mora S. Auberio supplices factus, commissa crimina sincera poenitentia expiavit, eamque ad finem vitæ usque continuavit. En! quid misero sancti Patris præcepta, ejusque scilicet suffragia proleferunt. *to. Epilogus.* Quid autem ex omnibus hinc mittendum colligendam venit? Ah! aoa postquam temperare, qui pro corone improvidum, in gratiamque juventutem recipere suæ obligationis moneam! En! mi Christiane juvenis, Patrinus tuus in sacro Regenerationis Sacramento pro te fideiorem egit, promissitque Domino Deo, quod sanctæ fidei, quam ibi recepit, conformiter victurus, præcepta Domini servaturus, & Deum super omnia amaturus sis. Oportet ergo ut illi bene momenti morem geras, eique eandem, aut majorem reverentiam, quam tuis parentibus exhibebis; quia parentes deusque tibi vitam quidem corporalem, ite autem spiritualem. Alexander Magnus ( *Ardias de Bapt. s. m. 4.* ) Aristoteli Magistro suo primos semper honores detulit, fastuose est sepius, se huc plus quam parentibus debere, quia hi quidem vitam, ille autem vitæ usum sibi dederit. Pericles Atheniensium Princeps filium suum Menandrum eruditissimo Viri instructum dedit, quem juvenis discipulus adeo dilexit, ut non nisi patrem illum appellaverit. Hæc reverentia discipuli erga Magistrum adeo placuit Genitorum, ut juvenem usque ad mortem Menandri non amplius suum filium nuncupaverit: quævis cur hoc faceret, reposuit: *Tantum honor debetur amico Menandro.* Disce, mi Christiane juvenis, reverentiam Patrimo debitam ex his gentiliis exemplis! Quam doctrinam Aristoteles Alexandro, & Menander filio Periclis dedit! non nisi prokram, mandantem, politicam, Philosophicam! quanto majorem ergo reverentiam tu debes illi, qui supernaturalia, caelestia, ad salutem necessaria te docet! &c. &c.

In Festo Annunciacionis B. V. Mariæ.

### C O N C E P T U S X V.

De Nominis & gratia Baptismali, ubi etiam de pœna infantum non baptizatorum.

Nomen Virginis Mariæ, & ingressus Angelus ad eam dixit: Ave gratia plena. Luc. 1.

Cum Evangelium de Nominis Mariæ, & eius gratia mentionem faciat, ita ante caput differendi de Nominis, quod Christianus in Baptismo accipit.

**D**ignum & justum foret, ut laudibus Seglorum Sanctissimæ Virginis, quæ hodie in Matrem Dei, & per consequens, in Angelorum Reginam, & cæli, terræque Dominam esse nuntietur, totius horæ sermonem impenderem: esse enim Matrem Dei tam sublimis est dignitas, ut licet Dominus Deus hoc momento lucidiorum solem, pulchriorem mundum, & majas caelum producere valeat, tamen per absolutas infantum potest-

potentiæ vires majorem Matrem creare non possit, pout universum cum SS. PP. docer S. Do-navenuta in Opusc. c. 1. Et S. Th. 2. p. q. 27. a. 6. ad 4. inquit: *Majorem mundum potest facere Deus, & minus eorum, sed majorem mundum non potest facere Deus.* Gratulor tibi o Creaturam felicissimam, simulque humillime rogo, ut hodie illius tu laudum præconia relinqueres, & mihi ea, quæ de Sacramento Baptismi explicanda supersunt, tam ad utilitatem captandam, quam ad curiositatem sancte patiscendam, prosequi liceat? Licetne? Licet! Hodiernum Evangelium duplicem ad hoc mihi an-sam præbet. Imprimis signate ac indutro se describit nomina civitatis, in quam missus est Angelus, Viri, cui desponsata fuit Virgo, & ipsius salutate ab Angelo Virginis: Missus est in civitatem Galilee, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam Viri, cui nomen erat Joseph, & nomen Virginis Maria. Adeoque oportune hic anam capio differendi de Nominis, quod in Baptismo imponi solet. Item Evangelium mentionem facit de admirabili plenitudine gratiæ, quæ Beatissimæ digna fuit ad sublimissimam Divinæ Materitatis dignitatem exaltari: *Ave gratia plena!* Item de purissimo partu, quo Mater impeccabilis per gratiam genuit impeccabilem per naturam, nempe Filium Dei, qui in primo conceptionis, & nativitatis instanti adeo factus sanctus, ut nec baptismo, nec ulli justificationis remedio indigerit: *Quod ex te natus est sanctum.* Consequenter anam capio differendi de nostra infelicitate, qui nascimur filii iræ, & demum de infelicitate, & penis eorum infantum, qui sine baptismi gratia decedunt.

*2. Propositio.* En mi Christiane! hæc est materia, simulque bipartita diviso hodierni sermonis. Prima pars agit de Nominis baptismali, & de obligatione, quæ nobis exinde resultat. Altera pars de gratia baptismali, & de infelicitate infantum sine baptismi decedentium. Attendite! Favete!

### §. I.

**3. Confirmatio.** Nomen civitatis Nazareth, Nomen Viri Joseph, & Nomen Virginis Maria! Cur ergo in Baptismo nomina sanctorum imponuntur baptizatis? Ex duplici ratione: Prima est, ut sanctus cum Deo in calis regnans, cuius nomen imponitur infanti, eundem in suam protectionem ac patrocinium suscipere, illicque in necessitatibus tam corporalibus, quam spiritualibus favore dignetur. Et vero quam enixo favore sancti Evergetes clientes suos complexi sint, constat ex multis historicis: Pater Joannes Codrus ( *Ardias Tab. Cur. p. 1. Inf. 4.* ) unus ex primis S. Ignatii sociis, natus est in Festo S. Joannis Baptiste, & mortuus in Festo decollationis S. Joannis Baptiste. Frater Franciscus Belvisio, ut refert Raynaudus, natus est in Festo S. Francis, impostum ipsi fuit nomen

S. Francis, amplexus est Religionem S. Francis, suas primitias celebravit in Festo S. Francis, & obiit in Festo S. Francis. Quis non exinde cogoscat singularem curam, ac benevolentiam hujus incarnati Seraphini erga suum clientem? Nota ergo mi Christiane, infanti in baptismo non debet nomen attribui Andreas, quia pater vocatur Andreas, nec Petrus, quia avunculus infantis vocabatur Petrus; hoc motivum est nimis carnale & terrenum, ait S. Chrysolomus, Hom. 21. in Gen. *Non avorum & avorum nomina tribuamus, sed sanctorum virtutum, qui virtutibus fulserunt.* Laudabilis mos est, ea sanctorum nomina eligere infantibus, in quorum festa die illi nati aut baptizati sunt, tuam deinde est, ut proli tuæ erga sanctum sui nominis patronum filialem confidentiam ac amorem inspires, eique egregia imitanda proponas. Verum eheu! quam confidentiam & amorem infantis concipere poterit erga suum sanctum patronum, cuius nomen per integrum annum naquam articulate pronunciarit audit? Quid sanctus, quid calis gratias, & contra infernales potestates est fecialis nomine Mariæ? cur ergo hinc hoc nomine in baptismo insignita absurdissima verbi truncatione vocatur Mya, Maya, Milia? habeo pro certo hanc corruptionem a veneficis ortum trahere, qui sanctissimum Mariæ Nomen oderunt. Quod si nota ita sit, saltem talis syncope pronunciatio nec sanctissimæ Virginis in honorem, nec Angelis in læticiam, nec demonibus in terrorem, nec hominibus in reverentiam, sed potius in risum & contemptum cedit. Philippus Galliarum Rex misit Legatos ad Alphonsum II. Castellæ Regem, petens ut ex Filiabus unam filio suo primogenito in conjugem traderet. Exposuerunt Legati voluntatem sui Domini, & Alphonsus benigno annuata obtulit illis primogenitam, quæ erat pulcherrima, & nomen ejus Donna Urraca! Obstupuerunt legati auditu peregrino nomine, & vix non interrogarunt, quid hoc esset monstri: absit a nobis ut talem sponsam in Gallias afferamus! Volamus secundo genitam! Verum Rex, mea Blanca, ( id nomen erat secundo genitæ ) non est adeo pulchra & amabilis! Param refert, reposuerunt Legati, bonum nomen supplere, quod desit pulchritudini! Noque erravit; Blanca enim facta est Mater S. Ludovici Regis, quem illa tanta pietate educavit, quantum ejus postea sanctus declaravit. ( *Ardias loc. cit. n. 7.* )

**4.** Altera ratio, cur proliibus baptizatis sanctorum nomina attribuantur, est, ut illorum continua devotione invocent, eoque sibi propitios reddant. Omni Christiane, si tu nullo non die tuum Nominis Patronum unico Pater & Ave venereris, atque in die illi gratia confestim obies, lacrum Synaxis fumeres, elemosynam distribueris, atque illius vitam sapias evolveres, oh quanta beneficia posses ab illo emendicari! S. Petrus Nolascus ( *Sarius in Vit. p. Jan.* ) teneris ardentissima devotione veneraba-

tar sanctum Petrum Apostolum, in omnibus necessitatibus recurrebat ad illum, in quibus etiam illius auxilium & favores manifeste experiebatur. Ardebat desiderio proficiscendi Romanam, & ibi p[er]e viſitandi reliquias Apostolorum Principis: Verum cum infirmitate, & negotiis impeditur, ecce! gloriosissimus Apostolus illi visibilis apparuit, sustulitque impedimenta & molochias, ut posset peregre ire Romanam, & sepulchrum ac reliquias Sanctissimi sui Patroni venerari. Vix dico! optima sanctorum veneratio, est vita illorum imitatio! Mi Christiane, Nomen, quod ex Baptismo gerimus, debet nobis continuum esse calcar ad virtutes, & frenum contra vitia. Vocaris Susanna? ita quondam vix lacrymis quam atramento scripsit S. Hieronymus ad hujus Nominis foeminae, Vocaris Susanna, & luxuriose vivis? qua tua nequitia, quod nomen castissime Matronae tuis sedibus deturpes? depono nomen, quod mendaciter usurpas, aut fac tua vita, quod nomine vocaris: *Nefas est enim Susannam vocari non castam.* Parem in modum & tecum loquor mi Christiane! vocaris Joannes? & loco gratiae, quam hoc nomen sonat, millena scelera in corde geris? Vocaris Josephus, & nihil minus, quam filius in virtutibus accrescens? Vocaris Michael, & nihil habes de humilitate hujus Archi-Seraphini? *Quia tibi prodest vocari, quod non est?* Ita loquitur Aug. de Vit. Chr. T. 9. c. 1. Addere juvat, ut conformiter loquar hodierno festo, vocaris Maria? observa, *nomen Virginis Mariae*, an tu Virgo? Notatu dignissima est loquendi methodus, qua S. Lucas conversionem Magdalene describit: *Ecce mulier, qua erat in civitate peccatrix.* (Luc. 7.) Quamam luit hac mulier? fuit Maria Magdalena? cur ergo non nominat? cur non dicit: Ecce Maria, qua erat in civitate peccatrix? Nonne hoc nomen libere, & aperte illi attribuit, cum sedentem ad pedes Domini describit? *Maria sedens secus pedes Domini.* (Luc. 10.) Nimirum sentio causam differentiam prima vice loquitur S. Evangelista de Magdalena ante conversionem, altera vice de Magdalena post conversionem? proin prima vice digna non fuit sanctissimo hoc nomine compelliari, quia pessime conveniunt Maria & peccatrix, quia expresse in hac locum annotat Richardus a S. Laurentio, l. 1. c. 2. iniquis: *Propter huius nominis reverentiam non ausus fuit S. Lucas Mariam, sed mulierem nominare.* Adverte, Christiana mulier, qua sanctissimum hoc nomen in Baptismo recepisti, & in peccatis heredesit, idem tibi exprobro, quod Magnus Alexander vocatur militi, qui aequae Alexander vocabatur, edixit: aut nomen aut mores multum imitare Bonificium!

5. Bonificius? Ottoni Imperatori sanguine junctus (Adrian. l. 1. c. 10.) in litteris & musica, non autem Christiana pietate excellens, aliquando temporis fallendi gratia in campum exiit, ibique offendit pervertitam adiculam, quam quondam Sanctus Bonificius Martyr, cu-

jus nomen gerebat, incolat. Substrat, omnia perstrat, orat, cogitatque secum: O Bone Deus, quomodo ego imitor hunc sanctum, cuius nomen gero? Bonificius vult dicere eum, qui bona opera facit! quaesunt mea bona opera? haec cogitatio adeo perstrinxit ejus animum, ut e vestigio decreverit: *Aut Bonificius fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei: Ergo etiam infantes sine Baptismo mortui damnantur.* Nego consequentiam, quamvis enim infantes non baptizati ad caelestem beatitudinem non admittantur, prout tota Ecclesia tenet contra Pelagium, & novissime Tridentinum sess. 7. de Bapt. c. 5. decidit, non tamen sequitur, quod ad infernum damnentur, pro tempore enim usque ad extremum iudicii diem aſeratur in loco intermedio, qui vocatur *limbus puerorum*, ubi nec praemio nec poena afficiuntur, & nec gaudium, nec tristitiam habent, prout docet S. Gregorius Nazianzenus iniquis, Orat. de Bapt. *Existimo illos neque gloria donandos, neque poena multandos, & rationem statim subeunt: Baptismi quidem characterem non habent, sed improbitate quoque non laborant.* Dices iterum: S. Augustinus ad Hier. ep. 28. & lib. 6. contr. Jul. expresse docuit, infantes sine Baptismo in mortuos ad poenam aeternam ignis damnari. Respondeo, non est adeo certum, S. Augustinum hanc tenuisse sententiam, quia scribens ad S. Hieronymum fatetur, se angustius cogitari, nec invenire, quid hac in re decernere debeat. Quia imo disputans contra Julianum docet, parvulos non tanta poena plectendos, ut eos non facti potius expedit: atqui si ad inferni poenas damnarentur, expedit illos potius non nasci & quodsi hac responsio non satisfaciat, sentio cum S. Bonaventura, Scoto, Vasquio, Salmerone & aliis, qui dicunt S. Augustinum, dum egit contra haereticos docentes, infantes non baptizatos salvari, actu disputationis abruptum in alterum extremum nimis excurrisse; unde nonnulli illum comparant equiti cataphraeto, qui dum cistifiumi iuit in hostes, infantulum in via non observatos proterit, & conculcat.

§. II. Et de gratia cuius defectu infantes non baptizati ad limbum relegantur.

6. *Ave gratia plena!* Haec verba iam altera sermonis parte expendenda sunt! Beatissima Dei Mater, qua in voluntatem protoparentis Adami nunquam consentit, consequenter originalis peccati maculam non contraxit, in primo conceptionis instanti jam ea gratiarum plenitudine erat Divinitus praedita, ut omnes beatiorum ordines sanctitatis superaret. Hodierna etiam die Divini Spiritus obumbratione Dei Filium concepit, eumque post novem menses a deo immaculatum genuit, ut antonomastice vocetur sanctus: *Quod ex se nascitur sanctum.* Adeoque ex universo hominum genere haec duo solum sanctissima Personae, Dei Filius & eius Mater, primus per naturam, altera per gratiam, ab omni peccati umbra semper fuerunt immunes, dum contra nos miseri, qui nascimur filii ire, jam pro creationis momento reatum nostri Divini contraximus, aeternum perituri, nisi Divini Bonitas ac misericordia nos salvari Baptismi remedio purificare dignata fuisset.

7. Incidenter hic quaeres, quomodo intelligam hac verba: *Aeternum perituri!* An ergo infantes, qui sine Baptismo in vel extra uterum emoriuntur, aeternaliter damnantur? Digna responsione interrogatio! Nota igitur, mi Christiane! Peccatum actuale, quod propria voluntate committimus, eo quod duplicem militiam continet, ita ut sit aſverso a Deo, & conversio ad creaturas, duplicem etiam poenam meretur, tanquam aſverso a Deo poenam spiritualem, videlicet privationem visionis beatificae Dei, & tanquam conversio ad creaturas poenam sensualem, videlicet ignem infernalis peccatum originale non propria, sed aliena voluntate contractum fit, & communiter fere omnium SS. PP. & Theologorum doctrina non poenam sensualem corporis, sed

solum spiritualem privationis incurrit, videtur: haec doctrina aliquatenus decisa esse ab Innocentio III. expresse docente C. Majoresq. sed adh. de Baptif. peccatum actuale poena sensus, id est inferno, originale vero solum poena damni, id est amissionis beatitudinis puniri. Dices: Lex illa est universalis, nisi quis venatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei: Ergo etiam infantes sine Baptifimo mortui damnantur. Nego consequentiam, quamvis enim infantes non baptizati ad caelestem beatitudinem non admittantur, prout tota Ecclesia tenet contra Pelagium, & novissime Tridentinum sess. 7. de Bapt. c. 5. decidit, non tamen sequitur, quod ad infernum damnentur, pro tempore enim usque ad extremum iudicii diem aſeratur in loco intermedio, qui vocatur *limbus puerorum*, ubi nec praemio nec poena afficiuntur, & nec gaudium, nec tristitiam habent, prout docet S. Gregorius Nazianzenus iniquis, Orat. de Bapt. *Existimo illos neque gloria donandos, neque poena multandos, & rationem statim subeunt: Baptismi quidem characterem non habent, sed improbitate quoque non laborant.* Dices iterum: S. Augustinus ad Hier. ep. 28. & lib. 6. contr. Jul. expresse docuit, infantes sine Baptifimo in mortuos ad poenam aeternam ignis damnari. Respondeo, non est adeo certum, S. Augustinum hanc tenuisse sententiam, quia scribens ad S. Hieronymum fatetur, se angustius cogitari, nec invenire, quid hac in re decernere debeat. Quia imo disputans contra Julianum docet, parvulos non tanta poena plectendos, ut eos non facti potius expedit: atqui si ad inferni poenas damnarentur, expedit illos potius non nasci & quodsi hac responsio non satisfaciat, sentio cum S. Bonaventura, Scoto, Vasquio, Salmerone & aliis, qui dicunt S. Augustinum, dum egit contra haereticos docentes, infantes non baptizatos salvari, actu disputationis abruptum in alterum extremum nimis excurrisse; unde nonnulli illum comparant equiti cataphraeto, qui dum cistifiumi iuit in hostes, infantulum in via non observatos proterit, & conculcat.

8. Dixi superius, infantes sine Baptifimo decedentes, pro tempore usque ad extremum iudicii diem aſervari in limbo puerorum; post illam enim diem, cum omnes in *monstra carni plenitudinis Christi* (Eph. 4.) retraherent, hanc mundum ab igne mirabiliter renovatum, incolet. Nec nullam, neque corporis, nec animi molestiam habebunt, non tristabuntur de amissione & carentia visionis beatificae, sed, ut ait Scotus ap. Lucian. T. 1. conc. 41. n. 3. *erunt contenti de statu suo, scientes: Deum ita de se dispofuisse.* De cetero non erunt oriosi, sed naturali cogitatione Deum ejusque perfectiones modo longe perpericiorum quam omnes Philosophi agnoscent, illum amabant & laudabant, imo prout tenet Lessius & alii, a SS. Angelis, & a suis parentibus, si hos in coelesti patria existerent contingerit, frequentem visitationem recreabuntur. Haec erit illorum occupatio; *neque enim credendum*

est, ait idem Lessius de Attrib. Divin. lib. 13. cap. 23. *Deum tot miliones animarum velle esse servare in aeterno, & quasi frustra in aeterno.* Quid! tot miliones? ergone erit infantum horum tantingens multitudo? Eric utique! quis enim computum inibit tot millioni, qui in Asia, Africa & America inter Turcas, Gentiles & Judaeos, imo etiam in Europa inter Christianos sine Baptifimo obierunt? Cornelius a Lapide in 2. Pet. 3. vers. 11. putat, fore ad minimum *millia milliones parvulorum, qui toto orbe per tot saecula sine Baptifimo mortui erunt in peccato originali.* Quamquam autem natione diversissimi sint, omnimoda tamen inter se pace ac concordia fruuntur.

9. Ohe! si ita est! exultat jam forte impia quaedam Mater, & potius prolium fururum interfecitrix, cujus culpa illa Baptifim gratiam non impetrarunt. Ohe! si ita se res habet, exiguum est damnum, quod proli me ante Baptifulum mortuae irrogavi! eho, quod visione beatificae careat, non patitur corporis aut animae tormentum! habeat patientiam! O Christiana Megera! quantum falleris! Gloria Beatorum in caelis est bonum infinitum, consequenter factura gloriae damnum infinitum, quod infinitis lacrymis per omnem aeternitatem deplorari satis non potest. O quot amoris actibus haec anima Deum laudasset! O quantum ex intuitu Dei & Beatorum consortio laetitiam haussisset! haec tu gloria Deum, Beatos, ipsamque animam impie privasti! Vae tibi, si omnes isti vindictam exposcent! si exigua est infantum sine Baptifimo mortuorum infelicitas, cur ergo homines sancti, Spiritus Divini gratia vere illuminati infantes ejusmodi immenso luctu deplorarunt, nec prius orationibus, jeuniis, & corporis mortificatione apud Deum instare desierunt, donec ille emortuos prodigiote resuscitavit? S. Maurilius Audegavensis Episcopus (Sarius in eius Vita) ad puerum baptizandum vocatus, prius se Missam dicendum, deinde baptizatum recepit. Verum infelici dilatione; quippe sub Sacrificio puer extinctus est. Indicibile est, quantum S. Antiles suae improvidentia indoluerit: abdicavit se Episcopatu, in peregrinis regionibus mediatus egit, donec tandem Dei monitu reverfus puerum, jam integro septennio sepultum ad vivos revocavit, & baptizavit. Allatus est aliquando ad S. Martinum Valentium Ordinis sancti Franciscus puer aegrotus, (Bovius de legn. Eccl. lib. 12. cap. 21.) ut a Viro Sacramentum Baptifimi acciperet, verum primumquam illi periculi posset, puer subita morte extinctus est. S. Martinus puerum accipit, in alari collocat, & devotissimis precibus invocato Dei auxilio ad vitam paulo post reduxit, baptizavit & suis restitit. Sabbatho Festivitatis Paschalis cum Baptifim tempore magna compressio esset, parvulus & manibus gelantis lapsus, & fonte demersus ab omnibus ut mortuus deploratus est; sed S. Damasus

oculis ad caelum elevatis, fuffique pro puero precibus iuffit infantem ex aquarum ipfo uolando extrahi. (*Bar. ad an. 384. in Act. S. Dam. Pape*) Et en prodigium! parvulus prater omnium fperam & expectationem, vivus, fanctus, et antea inventus, & poftea laudata ab univerfo populo immensa Dei bonitate, Damafique fanctitate, facto fonte ablatus est. Anno 1393. Divina clementia in Gallia infigne miraculum edidit; (*Jovan. Nifon. in Cor. VI. ap. Raynald.*) nam cum mulier impudica puerum, quem ex illicito cotu concepit, enixa efferet, ad averfandam infamiam notam propriam prolem poft partum flatim jugulavit, & in fimo abdidit. Hunc canis olfactu indice detexit, quem alia quadampia mulier ducta a Divina providentia illac iter inftituitur corripuit, efflucaque in lacrymas ad Ecclefiam S. Martini extulit, inque ara collocavit, fufus ad Deum fupplicibus precibus, ut puerum ad vitam revocaret, feque pro indigentia animae fuz Sacro Baptifmatis Sacramento initiatus aeterna gloria particeps redderetur. Audivit has preces Divina misericordia, revixit puer, vagiit, aperuit oculos, & habitis omnibus ad baptizandum requifitis Sacramentali balneo ablatus est, ac poftedae trium horarum intervallo animam Deo reddidit. Quod plus est, ipfa benigniffima Dei Mater Maria infelicium infantum curam ac commiffionem habere videtur, cum pafim per orbem Chriftianum Miraculorum peregrinationes, ac templa beneficiis inclucta inventantur, ubi per taumaturgas fuas imagines Beatiffima Virgo infantes emortuos, & infidelium confectos fibi oblatos, profufcipendo Baptifmo ad vitam revocare folet, prout fuiffe defcribit Bonifacius Bagart. Admir. Orb. Chr. T. 2. l. 8. c. ult. In ditione Comitum Ottenburgenfium, inter fines Principatus Tyrolenfis est facra adae Deipara Virginis, quam incolae, & finitimi populi appellunt S. Mariam de Lugau. Ad eam facram zdem, fi emortui foetus flatim a puerperio perferantur, fuper aram Virginis revivunt, donec lustrali fonte abluantur, & mox rursus per mortem aternitatis donantur. Hujus rei innumera teftimonia ibi in libro extant, in quem cum idoneis teftibus nomina omnium referuntur, quotquot ad vitam infantes excitantur. Idem prodigium continuo fieri teftatur Gumppenberg ap. Bagart. loc. cit. in Atlante Mariano, apud imaginem B. V. Weiffenfteinenfem in Germania fuperiore, apud imaginem B. V. Bethunienfem in Germania inferiori, apud imaginem B. V. Burienfem in Lotharinga, & alias plures. Quod confendunt est de tali Baptifmo? apud paucis meum mentem. Deus & Beatiffima Virgo poftunt facere tale prodigium: quod autem veliat id facere teftatur innumerabiles, & mirabiles eventus, in integris librorum voluminibus annotati: ergo faltem dubium est, an Deus & B. V. velint, vel non velint facere hoc prodigium: atqui in tali neceffitate, qua Baptifmus requiritur ad falutem, melius adhibentur remedia dubia, quam

nulla &c. Verum haec fuat altioris indaginis, ego opinionem meam fubjicio cenfura Ecclefiae, & jam ad coronidem feftinod.

10. *Epilogus.* Et quid dicendum fupereft? Mi Chriftiane, quamquam benignior fententia de pena infantum veritati & Mifericordiae Dei conformior fit, contraria tamen, quod illos etiam ad penam fenfus damnatos arbitrat, non erat verit probabilitate; praeterea Baptifmus, qui ad vitam revocatis apud taumaturgas Chrifti & B. V. imagines confertur, non est certus, & fed multis auctoribus in dubium vocatur; igitur num est, ut pro SS. aqua Baptifmo, quem pra multis millibus ac millionibus grates rependat, Deo quotidie fancta cum letitia gratias referat, O quanta cum animi gratitudine S. Rex Ludovicus (*Faedog. Chr. p. 1. c. 1. §. 1. n. 6.*) afsimabat ecclefie hoc beneficium! nullibi jucundius, quam Pafiaci agebat, quod in ea urbe Baptifmo ablatus efferet: dicere folet, fe in hac urbe, ubi in Chriftianum, plus gloriæ recepit, quam Rheinis, ubi in Regem inaufortus vidit. De caetero omnem operam confer, ut fancti illius, cujus nomen in Baptifmo fortius est, vitam impiteris, ejulque nominis menfuram impleas; fic fiet tandem quod S. Greg. enarrat l. 4. Dial. c. 16. Monachus vidit in calo aureis characterebus defcripta eorum nomina, qui Paschali die a Felice Portuensi Epifcopo Baptifmi Sacramento fuerunt expiati. Sic fiet, inquam, & tuum nomen in Beatorum catalogo fcriptum quondam intereris. Amen.

In Feflo S. Georgii Martyris.

### CONCEPTUS XVI.

De Ceremoniis Baptifmi, & quid nobis infinuunt.

Mittetur foras & in ignem mittent. Joan. 15.

Ceremonia Baptifmi quas haeretici rejiciunt, admovent nos nostra obligationis.

1. **F**acile crediderim, S. Georgium militem inter gloriofiffimos Chrifti Martyres poffe numerari: fed quoniam ejus vita, & Martyrium ab haeretico defcriptum fuit, haec defcriptio a S. Gelafo Pontifice, conformiter ad decretum, quod jam antea in fexta Synodo. 63. promulgatum erat, reprobata, & deinde etiam a Pio V. in Reformatione Romani Breviarii non fingularis lectiones S. Georgio, (*Ribad. hoc fefto*) fed folam de communi datae fuit, ut ostenderet Ecclefia, fe contra haereticos, tanquam veritatis hoftes tantum concepiffe odium, ut eorum fcripta, quae etiam in laudem Ecclefiae, & in gloriam SS. Martyrum extulerant, penitus improbet, & rejiciat. Haec cum fit, tantumque fit odium Ecclefiae contra haereticos, flatim ad hodierni fermonis materiam mihi vivando, ac quaro, quid ergo Ecclefia cenfeat de Baptifmo haereticorum, qui omnes ceremonias Catholico ritu adhiberi folitas non tantum rejiciunt, fed etiam explodunt & cavillantur? Refpondeo, fi debitam materiam & formam, debi-

§. I.

debito modo adhibeant, non improbat illorum Baptifmum, nihilominus confultius efferat, medicinam porrigi a bene valente, quam a peffilente. Antea puer duo conjugati, prout nonnunquam fit in illis partibus, Matris Calvinistica, & uxor Catholica: (*Bredemb. ap. Daurout. T. 3. tit. 4. exemplo 5.*) natus est illis filiolus, & cum filio lris, ac contentio, an nate proli Baptifmus a Minifiro Calviniftico, an a Pastore Catholico confertur debeatur: Vir profa, & mulier pro fua parte pertinaciter ftabant. Videns itaque haereticus, fe neq. vi, nec auctoritate poffe prevallere, rem altu egit. Uxorem fecit obdormire, & eo ipfo momento feftinans portavit prolem baptizandam ad miniftrum Calvinifticum. Verum ecce! cum ille infanti affundere vellet aquam, avertit effer mortuum: recognovit iterum, iteramque, & invenit infantem jam matrem frigidiorem. Cur ludam me facis, dixit ad parentem, cur infantem mortuum ad me afferis? juravit ille & perjurarit, fe vivam attuliffe infantem. Rediit ergo domum cum mortuo, & ne res detegeretur, intrat laneis pedibus in cubiculum, atque dormienti uxori reponit infantem in locum, ex quo illum tolerat. Poft modicum tempus evigilante uxore, illam, diffimulans omnia, interrogat: Mulier, qui fe habet nofter filiolus? optime, reponit illa: quafio mittamus illam ad Caerodotem Catholicum, ut illum baptizet. Mea pace, respondit Vir, fi fanus & incolomis est, dabo tibi hanc facultatem. Mulier in folita animi letitia exultans accipit ad manus infantem, invenit vivum, pulchrum & hilarem. Hoc prodigio obfuprefacius Vir, exaravit. Cur omnia, quae ipfa dormiente, facta funt, dein infantulum non folum ritu Catholico baptizari juffit, fed & ipfe abjurata haereti falvificam fidem amplexus est. Dicit, mi Chriftiane, an male agat Ecclefia Baptifmum Catholicorum praferendo Baptifmo haereticorum, cum Deus ipfe haec praetationem miraculo confirmavit? In quo autem differunt Baptifmus Catholicorum, & haereticorum? In eo, quod haeretici fanctas ceremonias in Sacramento adhiberi folitas, improbant, & rejiciunt.

Hinc bene notandum quid fibi velint ceremoniae Baptifmum antecedentes.

2. **P**ropofitis. Dilectiffimi Auditores cum Ceremonia & ritus fine illa varietate colorum in veftitu fponfae celestis, fclites Ecclefiae, aut animae, quibus ejus interioris pulchritudinis splendor denotatur, hodie hanc ceremoniarum decorem, & varietatem, qua Sacramentum Baptifmi confertur folet, explicabo. Cyremoniae autem Baptifmi funt triplicis differentiae: quaedam Baptifmum praecedunt, quaedam comitantur, quaedam fubfequentur. Audite brevem de fingulis differationem: Favete!

3. **C**onfirmatio. Primo igitur ceremonia quaedam Baptifmum praecedunt: quoniam fuit illa? in primis infanti ad Ecclefiam porram delatoingressus tamdiu non permittitur, donec a Sacerdote benedictionibus & precibus initialiter & aliquatenus cum Deo reconcilietur. Per hoc tibi dicitur, mi homo, quod tanquam filio irae & abjectiffimo hofti Dei hoc peccatum originale porta caui & Ecclefiae obferata fuit: propterea non aliter, ac exubitorie civitatis alienigenam, de cujus probitate dubitatur, Sacerdos Baptizandum interrogat, quid parsi ab Ecclefia? & accepto a Patris loco pueri refponfo, quod petat fidem, & per fidem vitam aeternam acquirenda fit, non fufficere folam fidem sine operibus, fidem sine veftie nuptialis virtutum, fidem mortuam, fed requirit talem fidem, qua per charitatem operatur: fi igitur vis ad vitam ingredi, inquit Sacerdos, ferva mandata, dilige Dominum Deum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & proximum sicut te ipfum. Intimata hac fidei obligatione, sacerdos inftat in faciem pueri & expellit demonem dicens: Exi ab eo immunde Spiritus, & da locum Spiritui fancto. En mi Chriftiane, quid ante miferofatulo uno fe ante Baptifmum habeat, ipfius anima habitaculum est demonis, fua est diaboli, mancipium est orci, per Baptifmum autem fit nova creatura, templum Sp. fancti, fponfa Chriftiffime Trinitatis. Hac infufflationis cyremonia etiam ufus est Deus in animatione hominis: *Infpiravit in faciem eius Spiritum vivum*: (*Gen. 2.*) fimiliter in fpirituali regeneratione fit, in fignum, quod in Baptifmo anima per peccatum mortua ad vitam refufcitetur: Chriftus, ut a Pofitiffi Sp. fanctum acciperent, infufflavit in eos, & dixit: *Accipite Sp. fanctum*: Pariter Ecclefia Sp. fanctum Baptizandis infufflatione tribuit.

4. **E**jeftio demonio, quid ulterius fequitur? infans fignatur figno crucis tam in fronte, quam in corde: S. Aug. hanc Cyremoniam in S. fcriptura prafiguratum effer docet; nam, cum Angelus Domini una nocte omnes primogenitos Aegyptiorum trucidaret, ille domus ab internefione immunes fervate fuat, quarum poftes agni cruore fignati erant. Hoc fignum figura erat figni crucis, quo homo fignatus a mucrone aeternae damnationis per linguam agni immaculati, nempe Jefu Chrifti, praferatur: *Crucis fignus*, dicit S. Aug. l. de civitate Dei c. 20. *in fronte hodie, tangunt in pofte fignandus ei*. Et hoc fignum crucis datur tam in fronte, ut nunquam te pudeat effe, vel videri Chriftianum, quam in corde, ut crucem femper ames, illo, que cor tuum munias, neque in illud illicitis affectibus aditum admittas: in fronte, ut tua opera demonftrant, te fub cruce militare, in corde, ut tua inclinationes, defideria & cogitationes omnes per crucem regulentur: in fronte,

te, ne diabolus videns istud signum regredi prorsum, in corde, ut in eo solus Christus Crucifixus inhabitet. In Brasilia nascitur fructus. ( *P. Caroli in suo Archiep. cap. 5.* ) ab incolis *Nicossi* dictus, in arundine inter duo pragranda folia, speciem referens mali citrini aut cucumeris, cum autem in medio discinditur, imaginem Crucifixi perfecte repraesentat in se continet. Talia efficiuntur corda baptizatorum! Gere in se debent imaginem Crucifixi, ut illum in cogitationibus, verbis, & operibus perfecte imitentur! Ideo dicit Ecclesia: Sume fidei celestium praeceptorum, & talis esto moribus, ut templum Dei jam esse possis. O utinam hanc imaginem Crucifixi in nostris cordibus nunquam extingueremus! O quantas gratias, quantos favores possemus a Deo nostro reportare! Filia mea, dicebat quondam Dominus ad S. Gertrudem, tribus quondam horis, quibus in cruce pependi, prout ipsa fecis, animam supra totum mundum amavi, quem ergo putas honorem daturus sum animae, quae per multos annos me Crucifixum tenuit in fide memoria, in sua mortificatione & in suis afflictionibus? O sine dubio merces magna nimis! Same fidei celestium praeceptorum, & talis esto moribus, ut templum Dei jam esse possis! O Christiane! Catholicus! cui dicuntur ista verba. An solam illis, qui volunt fieri Anachoretae, Moniales & Monachi, a mundo segregati? Non ita? sed sine differentia dicuntur omnibus, secularibus, nobilibus, opificibus, mercatoribus, Aulicis, divitibus, & pauperibus! Omnes aequaliter contraximus hanc obligationem; ideo non exulat status, non exulant negotia hominis a perfectione Christiana, neque verum est requiri majorem vitae puritatem in Religiosis quam in secularibus; quia omnes aequaliter baptizati sunt. Christus Crucifixus quondam apparuit sancto Stephano Abbati, & a latere secum Crucifixum pariter habuit fratrem illius, qui secularis in magna perfectione vivebat; & dixit Dominus: Vide in quanta gloria fit tuus frater? Hac apparitione sanctus Abbas ingenti solatio fuit perlatus, agnovitque homines in saeculo degentes, non minus quam Religiosos ad sequelam Christi, & perfectionem virtutis obligari.

5. Formato supra Baptizatum signo Crucis, infansulo gustanda dantur aliqua salis benedicti granula, quae Ceremonia Ecclesia indicare vult, quod sicut sal cibis gustum & saporem tribuit: ita homo Baptizandus deposita rerum celestium nausae ad bona spiritualia gustum & saporem acquirere debeat: sicut sal ex natura sua a corruptione & putrefactione conservat, sic etiam homo per Baptismum renovatur, & a putredine liberatur, sollicitus sit, ne denuo anima illius peccato corruptatur, & turpissimo seclerum foetore putrescat, insuper conservandae puritati, perseverantiae, mortificationis carnalium desideriorum, quae animam corripunt, Audeat, & Deo placere sedulo la-

boret, sicut sal symbolum est sapientiae & prudentiae: ita homo Christianus in omnibus actibus, sermonibus, & cogitationibus sapienter ac discretè agat: Sic sermo *Agostini*, ( inquit S. Paulus *Coloss. 4. 6.* ) *Salus conditio, ut sciantur, quomodo unicuique respondere debeatis.* Margaritae in conchis sale a piscatoribus conperguntur, & sic concham, in qua natae sunt, sponte relinquunt, & excidunt. ( *Quatuor. arc. disc. sent. 48. ex. 11. n. 12.* ) Eandem ob causam baptizando sal gustandum datur, ut ille autem a patria, a parentibus, a divitiis, & aliquid terrenum est, amore Deo avellere, & ad caelestia tendere discat.

6. Denique variis orationibus, exorcismis & manus impositione demonis potestate & jure, quo pro peccatum in animam pueri sibi vestiat, penitus extincto baptizandus introducitur in Ecclesiam. Apud Marcum *c. 7.* legitur, quod Christi exuati de sinibus Tyri & Sidonon ad mare Galilae inter medios fines decapoleos venient mutus, qui simul surdus & eurgemus erat, adductus fuerit: quia vero medicina ulus est Christus contra miseri hominis infirmitates! audi mira Divini Medici pharmaca! illum apprehendit, & duxit seorsim, & exspuit, & saliva tetigit linguam ejus, & ait: *Ephatha*, quod est aperite: & en prodigiolum virtutem! subito hic homo ab omnibus infirmitatibus suis sanatus est, aures aperte, & lingua soluta fuit. Eodem modo introducitur in Ecclesiam Baptizandus, cum adhuc multis animae suae infirmitatibus, quibus per peccatum originale infectus est, laboret, Ecclesia exemplum Christi imitatur, ex ejus mandato Sacerdos saliva aures & nares pueri tangit, eadem Christi verba *Ephatha* adjiciens, ut sentiens suae aures aperiat: sed ad quid aperiat aures? ut vocem Dei audiat, monita Matris Ecclesiae percipiat, promissiones vitae aeternae capiat, & bonam odorem pietatis & exempli gustare incipiat. Haec sunt Ceremoniae Baptismum praecedentes.

§. II. Quid Ceremonia Baptismum comitantes.

7. Verum quanam sunt Ceremoniae Baptismum comitantes? scimus quod per lapsum Adami ex filio Dei, in filios diaboli, ex haereditibus gloriae in mancipia orci, ex habitaculo Sp. sancti, in sedem infernalis inimici transfumati fuimus, per Baptismum vero iterum efficiuntur templum sanctissime Trinitatis. Cum autem nulla communicatio Christi cum Belial sit, nec Spiritus sanctus cum abjuratissimo humani generis hoste habitare velit, aut possit, propterea antequam Divinus hospes per Baptismum animam hominis inhabitare incipiat, Sacerdos interrogat Baptizandum, an diabolo & ejusque superbiae, pompis & malis operibus renunciet? quanam autem sunt opera diaboli? talia sunt maxime opera carnis, quae sanctus Paulus ( *ad Gal. 5.* ) in suis verbis enumerat: *Manifesta sunt opera carnis, fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum servitus,*

*vanitas, ira, vicia, dissensiones, sectae, invidia, homicidia, ebrietas, convulsiones, talia, qui agunt, Regnum Dei non consequentur.* Considera mi Christiane, his omnibus operibus renuncias, qualis modo est infidelitas tua, si illicitis voluptatibus inhies? cum proximo in perpetuis inimicitias & contentiones vivas? potu te ad ebrietatem usque ingurgites? Alienus divitias injuste concipiscas? rancorem & odium contra proximum in corde nutrias? vindictae studio hosti tuo infidies? an non talia agendo Deo, cui in Baptismo fidelitatem jurasti renuncias? & ad diabolum transis? quam magna hac ingratitude? quam enormis injuria? si chirographo, inquit S. Ambrosius, alicui homini te obtinxisisti, quidquid in eo promiseris, ad id ex iustitia teneris, nisi ad iudicem deseri velis. Si tam stricta est obligatio inter homines, quid putas mi Christiane, an levior erit, quam in Baptismo contracta? in chirographo, qui non in terra, sed in caelo asseratur, omnia verba, quibus Deo fidelitatem promissisti, nota sunt, audi de hac veritate testimonium S. Ambrosii, lib. 1. de initiand. *c. 2.* *Ubi promissus, considero vel quibus promissus? Legimus ex illis, sed minister est Christi: ergo chirographum suum tenetur non in terra, sed in caelo. O quam felici metamorphosi consideratio hujus abrenunciationis commovit juvenis illius animam! dum Parisius Juridicae facultatis operam navabat, quondam in templo S. Petri Vigilias Desuictorum interiecit. ( *In Chronic. Praedilect. p. 4. c. 10.* ) Et ecce! sacerdos bonus & simplex accessit ad eum, interrogans an sit hujus suae parochiae subditus? Sum etenim? respondit juvenis. Bene est, cubiliteret sacerdos, quandoquidem mea cura subis, volo te meminisse, quid in hoc ipso templo in Baptismo Deo promiseris! Nonne abrenunciasti diabolo, & pompis ejus? Admiratus juvenis, cur ista mihi proponis ajeat? Et Sacerdos: Quia multi juvenes ad altiora studia incumbentes scopum sibi vanitatis proponunt, & inane gloriarum aucupantur, in qua fastus, & pompa saethae locum habent; Hanc igitur vanam intentionem corrige, & sequere exempla Virorum scientia & virtute illustrium, qui olim in hac universitate studiis vacantes, deseruerunt saeculum, videntes, quod omnes fere conatus & desideria saecularium ad pompam diaboli pertineant. His verbis tanquam totidem salubrem percussus juvenis, dum eo ipso momento lector inciperet canere verba: *Hic mihi Dominus quia peccati nimis in vicia mea, quid faciam miser?* Quo fugiam nisi ad Deum meus? ( *Offic. Desuict. Noct. 3.* ) sensit sibi, velut arietem cor expurgari, & valedicto mundo ingressus est Ordinem fratrum Praedicatorum, ubi sancte vivit, & sancte mortuus est.*

8. Facta renuntiatio inungitur infans in pectore & inter scapulas. Quid sibi vult haec unctio? olim generosi pugiles, antequam lustram cum hostibus aggrederentur, oleo inungi solebant, ut tali unctione roborati invicta fortitudine cum hoste pugnarent. Eadem casti-

subest propter quam baptizandus in Baptismo oleo inungitur; & quidem in pectore, ut per oleum, quod symbolum est gratiae Christi, roboratus, fortiter in arena hujus mundi contra carnem, contra diabolum, & illicitas concupiscentias dimicet. Inter scapulas inungitur, ut indicetur, nobis robur ad jugum crucemque Christi ferendam per Baptismum dari; & vitam Christianam non esse delicias, sed amaritudinem & laborum acerbitate plenam: propterea mi Christiane, non mirare, si paupertate premeris? non mirare, si ab hostibus bonis fortunae, fame, & honoris spolieris: non mirare, si corpus tuum infirmitatibus affligatur: non mirare, si fructus agrorum tuorum graudine & tempestate vastentur: scias, enim quod haec sint cruce Christi, quae humeris nostris imponuntur, ut cum his Christum sequamur, juxta verba Divini Salvatoris, ( *Matth. 16.* ) *Qui vult venire post me, non tollat crucem suam, & sequatur me.* Scias, quod haec sint aerae pugnae, in quibus patienti animo vincere oportet: scias, quod haec fit vocatio Christiani ut ejus virtus in adversis teneatur. Baptizandus inungitur ante & retro, in pectore, & in humeris, ut indicetur, vitam Christianam crucibus undequaque esse circumsignatam; nam hujus mundi adversitates sunt illa viae calum expugnari debet, *Calum videri vult pariter, & videri vult: ita vita hominis Christiani*, ( inquit S. Augustinus ap. Ardium de Bapt. ) *si secundum Evangelium vivat, eius est aerae maris signum.*

9. Post unctionem interrogat Sacerdos Baptizandum, an credat in Patrem & Filium, & Spiritum sanctum, quia cum in Baptismo, contrito diabolicae servitutis iuquo, accedatur ad Deum, iste accessus non admittitur, nisi prius actus fidei eliciatur, juxta S. Paulum, qui ait, ( *Hebr. 11.* ) *Credere operes acciderem ad Deum.* Et sicut Christus Paraliticum sanaturus quarebat: *Vis sanus fieri, sic etiam Ecclesia infantem lethali peccati originali paralisi laborantem interrogat, vis liberari?* quia neminem invitum Baptismo ablutit intendit, & nemini gratiam volenti obtrudit. Ea mi Christiane, ne quam magnam Ecclesia adhibet sollicitudinem, ut baptizandus prius hominem exuat, & novam per Baptismum in Christo Jesu induat: ideoque has Ceremonias super peccatum adhiberi solitas, dum attemta mente considero, Ecclesiam cum baptizando ferendam agere video; quod hortulanus cum sterili aut sylvestri arbore, quae ad nihil aliud, nisi ad pabulum ignis idonea est, quid agit? abscindit ramos otiosos, amputat inuiles frondes, decutit vana folia, resecat spinolosos ramos, & postea huic sterili plantae succundum ex alia fructifera arbore fructum inserit, quid agit? Ita antea inutilis, & ad nihil aliud, nisi ad pabulum flammaram applicibilis planta fructificatur in arbo-

arbores transmutatur. Talis sterilis truncus ante Baptismum est etiam homo; quid agit nostra amantissima Mater Ecclesia? non aliter ac hortulanus variis ceremoniis ac exorcismis, crucis signatione, unctioe olei, abrenunciacione diabolo facta, elia, quae operibus, vana superbia & ambitionis folia, vitiorum spinas, scelera ramos, ac inanes terrenarum cupiditatum frondes, tantum ad infernalem fornacem utiles, abscondit, & sterilitatem prioris hominis refecat, tandemque super infantem infundit aquam, quo prolacione forma Baptismalis, siquae novum gratiae sanctificantis fureculum plantat, ut pretiosos fructus proferat. Propterea S. Paulus (Rom. 6.) Christianos vocat arbores recenter plantatas: *Complantati scilicet sumus similitudini mortis eius*: Considera mi Christiane inexplicabile beneficium, cognosce ineffabilem gratiam, qua tibi in Baptismo confertur, nova tibi tribuitur natura, novam per illum induis hominem, velut fureculum implantatus; ita quidem, ut Christus in te, & tu in Christo vivas, & cum Paulo laetandus exclamare valeas dicens: *Vivis ego, iam non ego, sed vivo in me Christus*, (ad Gal. 2.) Pergo ad reliquias Baptismum subsequentes ceremonias.

§. III. *Et quid ceremonia Baptismum subsequentes.*

10. Absoluta spiritali regeneratione Baptizans intingit pollicem in S. Chrismate, & ungit infantem in vertice. Quid putas, mi Christiane, quid mysterii Ecclesia hac ceremonia docere intendat? Scimus, quod in solemnitate, in quibus Principum aliquis in Regem inauguratur, unctio Chrysmatis adhiberi solet: Pariter etiam Ecclesia post perceptionem Baptismi utitur unctioe Chrysmatis, hoc denotare volens, quod Baptizatus membrum Christi, & Ecclesiae incorporatus, unctiois & pinguedinis gratia percipere effectus, & modo iam glorioso nomine Christiani exornatus sit. O quantum oportet hanc dignitatem, quae regum et principum coronis major est, ab homine Christiano assumi! Insuper Rex Vandalorum (Aeneas Sylv. c. 30. Euseb. V. cum Catholica Religione additissimus esset, optabat, ut tale nomen esset sui Regis optimates ac subditi omnes. Quid egie? instituit splendidissimum convivium, & ad illud tam purpuratos, quam plebejos invitavit. Comparare omnes! tunc Rex ante portam seu repagulum palatialisque mentis villiter preparati, & ad illas Regni proceres ac nobiles assidere, atque his non nisi sicum panem, & modicas carnes in vasis fictilibus apponi precepit. Pauperes autem & plebejos Christianos in superius museum ascendere iussit, quibuscum Rex ipse in vasis aureis & argenteis pretiosissime epulabatur. Oblupere Nobiles, & se a Rege despicere non sine tumultu querebantur. Quibus Rex: Ego astito animas, non corpora! Vos quantumvis Principes ani-

mas habetis vilissimas propter idololatram, aliisque scelera: Isti autem, quantumvis plebei, quia animae animarum aqua baptismali lota sunt, in oculis Dei pretiosiores, ac astitimabiles sunt omnibus vobis! Factum hoc & dictum Regis adeo erat emphaticum, ut Proceres omnes paulo post ad sanctam Christi fidem convolvantur. En! Rex Insuper adeo estimavit Christianissimi gratiam, & dignitatem in Baptismo acceptam, ut Regie dignitati eam longe praeferret.

11. Verum quemadmodum novus Rex per unctioe regali, purpura vestitur, ita etiam post unctioem Chrysmatis infans induitur Alba tanquam Regie dignitatis ornameto. Hac Alba veste, mi Christiane, si infantem baptizatum orari aspicias, de novo gratulare tibi ob gratiam, qua in Baptismo a Deo dignatus es; scias enim hac veste significari libertatem puritatem animae, in qua ab omni sordide peccati puritatem, quasi candido gratia sanctificantis vestimento indutus es: hac significat libertatem Christianam, quam per Baptismum, rupta diabolice servitutis catena adeptus es, eum fere in morem, quo olim servi, libertate donati, albis vestiti sunt: hac significat letitiam internam & gaudium Spiritus: sicut enim vestis nigra tristitia, ita candida letitia denotat: hac significat, Baptizatum iam nunc non amplius mancipium inferi, sed candidatum Regni caelestis esse, hanc significat, quod homo indumentum peccatorum exuerit, & novo Divinae gratiae vestimento donatus sit, teste S. Ambrosio, lib. 1. de Initiaud. c. 2. *accepti vestimenta candida, ut offer indictum, quod exierit involvitur peccatorum, & induitur innocentiae vestimenta*. Hac ad solatium hominis Christiani dicta sunt, verum non minus ad illius terrorem cedit, quod hoc innocentis symbolum, vestis alba in Baptismo accepta, quam Divinus iudex in illa die mandam & immaculatam reprobet, peccatorum maculis sine illius injuria confuscari non possit. Minatur Dominus Deus per Prophetam, (Sapient. 1.) *Vestire super omnes, qui induunt sine veste peregrinos*. Quid vult dicere? vult exprimore illud ipsum, quod inter homines mortis est: quilibet princeps dederit & offensae sibi ducit, si subditorum aliquis abjecto nationis suae habitu peregrinae gentis vestibus vestatur. Hungarus Gallorum, Gallus Hispanorum, Hispanus Turcorum vestibus indutus incedat, imo hac vestimentorum mutatio in militia pro signo perduellionis, aut defectionis habetur: Parem in modum indignatur Dominus Deus illis qui vestem propriam Christi exuunt & diaboli induunt: *Vestis autem propria, ait S. Hieronymus ap. Speranz. script. sel. pand. 134. est illa, quam quisque induit in Baptismo*. Ibi baptizatus induit vestem albam gratam. Vix illi sit die visitationis compareat in veste peccati. Ibi induit vestem albam charitatis, vix si compareat in veste rancoris & inimicitiae! Ibi induit vestem albam puritatis, vix si compareat in habitu luxuriae! O mei Christiani, quantum nobis

In Festo SS. Apostolorum Philippi & Jacobi.

CONCEPTUS XVII.

*De obligatione, quae oritur homini Christiano ex Sacramento Baptismi.*

Qui credit in me, opera, quae ego facio, & ipse faciet. *Joan. 4.*

*Muli post Baptismum in peccata elabuntur, quia non satisfaciunt obligationi, quam per Baptismum susceperunt.*

1. Quis non deplorat Apostolorum labores, quos pro conversione gentium exantlarunt, apud plerique frustratos, & sine fructu fuisse? hi generosi Christianae militiae duces totum peragrarunt orbem & ardentissimo animarum zelo innumeros homines ad veram Christi fidem converterunt, baptizarunt, & beatificae Christi Ecclesiae incorporarunt. Sed quis ignorat? illas fere omnes Regiones, quas illi vera fide imbuerunt, mox iterum ad pristinos idololatricae aut haereticae errores rediisse. Inprimis vitam sanctorum Apostolorum Philippi & Jacobi: Jacobus primus Hierosolymae Episcopus admiranda vestis sanctitatis innumeros Judaeos ad Christi fidem commovit; in tanta admiratione plebis erat, ut certatim homines simbrim vestimenti ejus cuperent attingere: quamvis autem iste affectus populi erga sanctum Apostolum duravit? tandum, donec in aliqua concione vocationem gentium probaret, & Christum Dei Filium praedicaret; propterea in altissimum templi fastigium adductus, indeque praecipitatus & tumulante plebe lapidibus obrutus est; cumque pro hostium salute deprecaretur, in hac oratione ejus capite fulgore fuisse percussus, animam Deo reddidit. Simili morte etiam S. Philippi labores ab ingratis Barbaris compensati sunt: hic, postquam numeris miraculis, & mira vite sanctitate totam Phrygiam, & Scythiam ad Christi fidem converterent, mox iterum ambae Regiones veneno haereticae doctrinae Ebionis, qui docuit Christum tande Mariam non existisse, depravatae sunt: tandem S. Philippus pro mercede laborum cruci affixus, glorioso martyrio animam Deo reddidit. Sic omnes Provinciae, Regiones, & vastissima mundi partes, in quibus sancti Apostoli verae fidei doctrinam disseminarunt, intra paucos annos denovo idololatricae & haereticae nebris obfuscatae fuerunt. Quae autem causa perniciosa, & deplorandi relapsus? non quare, nulla alia; nisi harum nationum sceleratissima, & Christiano nomine indigna vita, propter quam a Deo rejecti, & in diabolicam servitutem jugum relapsi sunt. Non enim sufficit solum credere, neque baptismum esse, sed etiam requiritur peccata fugere & virtutum ornamenta animam in gratia Dei conservare: *Qui cre-*

dit, in me, (sunt verba hodierni Evangelii (Joan. 14.) opera, qua ego facio, & ipse faciet) Quam autem sunt opera Christi? Respondeo, sunt opera caritatis, misericordiae, castitatis, mansuetudinis, patientiae aliarumque virtutum, quibus Christianus animam suam exornare debet. haec sunt illa vestis nuptialis, sine qua nullus ad Ecclesiam ad caelestis gloriae mensam admittitur.

2. *Proposito.* Audientes mei! quoniam per Baptismum Vasalli Divini Regis facti sumus, hinc Domino caelesti ad praestandum homagium obstricti sumus: quodnam autem est onus, & obligatio Christiani in Baptismo contracta? percipite responsum ex nova quaestione! qua sunt arboris sylvestris obligationes, postquam e sylva in hortum est transplantata; ipsius obligatio est, ut non amplius sylvestres, sed suaves deinceps & maturos fructus producat: talis obligatio est etiam Christiani opo Baptismi in deliciis Ecclesiae hortum translati. *Primo*, ut non amplius acerbos scelerum, *secundo*, sed dulces virtutum & bonorum operum fructus progerneret: id est non amplius diabolo scelerata vita, sed soli Deo laudabili virtutum exercitio servaret. In propositione & simul divisionem hodiernae orationis! Favete!

§. I. Haec obligationes sunt, primo, peccata fugere.

3. *Confirmatio.* Prima ergo obligatio Christiani in Baptismo suscepta est, ut non amplius ameros scelerum fructus progerneret, nec diabolo sed soli Deo servaret. An non recordaris mi Christiane, quid tecum actum sit, antequam S. Baptismatis fonte fueris renatus? ter ibi quaesitus es, an renuncies ejus, & operibus pomis, & operibus ejus? ter etiam respondisti *Renuncio!* an putas huic obligationi solo verborum sono fatista? cum fuisset an putas, te post factam diabolo renunciationem, & promissum Deo fidelitatem illecebris mundi, voluptatibus carnis, illicitis vanitatibus saeculi, qua opera sunt diaboli, frui posse? erras, inquit S. Augustinus ap. Ardian. Infr. 2. de Baptismo, *non tantum verbis, sed & moribus, non tantum sonu linguae, sed & actu vitae oportet renunciare.* Diabolo renunctasti servitutum, & eam integram Deo promissisti, ideoque solus Deus cor tuum possidere cupit. Quis ergo Deo iniuria indignetur, si mediam partem servituti tui Deo, alteram diabolo concederet: qualis infidelitas, si modo in statu gratiae, modo in statu peccati veteris? qualis injustitia, si hodie in templo rebus Divinis, cras domi turpidioris vaces? qualis contumelia, si hodie Christum in divinitimo epulo hospitium admittas, cras eundem blasphemis & impudicitis expellas: qualis ingratitude, si hodie largiaris tibi tempus de tuo, cras fraudulentum Aureus de alieno? quid cogitas? an satisfactis dimidia? servitio promissioni tuae, qua Deo soli in Baptismo fidelitatem promissisti, & eandem diabolo aburasti? quare, si Principum aliquis a nobilissimum emisset arcem, & dum praestita

soluzione in possessionem arcis admitti desiderat, non integra arx, sed tantum inferior pars ipsi concedatur, superior autem insensibilis ejus hosti, nonne justissimam indignationem animum exinde caperet Princeps, ac diceret: vel integra meo hosti in possessionem cedat! Eodem modo arx animae tuae Deo in Baptismo dedicata & consecrata est; dum autem diabolo per peccatum in illa locum concedis, an non ob hanc gravissimam infidelitatem Deum justissima ira in te excandescet? Propterea inquit S. Paulus, (1. Cor. 10.) *Qua participatio iustitiae cum idololatris, qua societas lucis ad tenebras, qui conventus Christi cum Baltha?*

4. Quare ex Azotis, quam indignè ferat Deus, & gravissime vindicet injuriam, quomodo communicationem cum Deo & diabolo instituitur praesumit: illi, qui Arcam Dei iustum impurum Dagon statuerunt, a Deo vindice gravissimam & incurabili plagam ferunt percussit: *Aggravatus est autem (ait S. Textus 1. Reg. 5.) manus Domini super Azotios, & demisit eis oculos.* Qualem oblecto poenam merebuntur illiusgrati Christiani, qui contra promissionem suam, & datam idem in templo cordis sui ex una parte verum Deum, ex altera diabolum statuerunt, & adorare audent? dantur aliqui, qui prater verum Deum adorant idolum Jovis, & hi sunt luxuriosi: dantur, qui prater verum Deum adorant idolum Bacchi, & hi sunt ebriosi: dantur, qui prater verum Deum adorant idolum Mammonae, & hi sunt avari. Taceo plures alios qui in arce cordis simul verum Deum, & diabolum, Arcam Domini & impurum Dagon statuerunt non fornicant. Vix autem illis sceleratissimis! *Vix*, (exclamat S. Augustinus tr. 5. in Joann.) *qui in corde suo partem faciunt Deo, partem faciunt diabolo, ipsius Deus, quia sit ibi pars diabolo, discedit, & totum diabolus possidet.*

5. Ea mi Christiane! non vult Deus participationem cum diabolo: si cupis esse amicus Dei, debes esse inimicus diaboli, si aspiras ad caelum, debes contemnere mundum, si exoptas merita Spiritus, debes vitare opera carnis, si quaeris vivere in luce, debes fugere tenebras. In latari Baptismi lacte nomen Christiani receperis, quod idem sonat ac discipulum Christi: sicut ergo discipulus Platonis Platonem, sicut discipulus Socratis Socratem, sicut discipulus Aristotelem; ita discipulus Christi Christum imitari debet. Dic ergo si imagini demonis aut turpis idoli adscriptam videres epigrapham: *Iesus Christus!* nonne indignè ferres hanc temeritatem Deo injuriosam, & vel imaginem, vel saltem scripturam delere fatigeres? Eadem temeritas, mi bone, & decumana Christi injuria est, si flagitiosis moribus mancipium diaboli, & tamen nomine Christianum referas; vel nomen, vel mores mutandi sunt. Cum quondam pro recipiendo Baptismi Sacramento Clodovex Rex Galliae au-

rea severissimum Christianorum hostis, & idolorum cultor ad S. Remigium veniret, Sanctus abbas ex una parte statuit idola, ex altera autem imaginem Christi crucifixi, & digito notando idola dixit: *Incende quod adorasti!* & narrat Caesarius, parale. l. 4. c. 17. mi Rex, si cupis esse Christianus militis coloris, incende, ac in cineres redige istas diabolicas statuas, quibus Divinum cultum attribuisti. Postea conversus ad imaginem Christi dixit: *Adora quod incendisti!* id est, illi cuius imaginem sepius blasphemio ausu combussisti, Divinos honores exhibe. Parem in modum mi homo, si cupis esse verus Christi miles, si cupis promissis in Baptismo obligationi satisficere, si cupis opere adimplere, ad quod verbis te obstrinxisti: *Incende quod adorasti!* incende statuum vanae gloriae, statuum avaritiae, statuum rebellis concupiscentiae, statuum irae & vindictae: affectus, passiones, & male inclinationes, quibus diabolo colitur, per mortificationem exigenda sunt in cineres, ab illis expurganda est anima, ab illis mandanda est templum cordis tui, ut in illo solus Deus omni honore, & amore dignissimus regnet.

6. Cum Darius Perfarum Rex ab Alexandro Magno devictus vidisset, se huic potentissimo hosti viribus imparare esse, misit legatos ad Alexandrum, & ab eo pacem petiit cum hac conditione, quod velit cum illo Regnum partiri & dimidium partem sibi retinere, alteram autem Alexandro cedere. At Alexander rejecit hoc Darii propositum asserens: nec duos exaliam soles, nec duos Regnum Asiae Reges suscipere. Eodem modo sicut Darius cum Alexandro, multi Christiani cum Deo agunt, regnum cordis sui dividere, & unam partem Deo, alteram diabolo subdere praesumunt, una manu volent praecipua Dei, altera voluptates carnis apprehendere, volunt calum acquirere, & tamen mundum non perdere. Modico abhinc tempore quinquennis aut sexennis perulans, nescio quid rei in aedes ad me detulit, cui pro portorio geminam imaginem proposui, eique optionem inter utramque quam vellet eligere, reliqui. Puer & hanc & illam curiose considerans, tandem hollando reposuit: Domine Parochae, vellem utramque! Risi innocenter simplicitatem.

7. Verum hanc ipsam simplicitatem in multis Christianorum invenio, qui letari cum saeculo, regnare cum Christo, bonis caelestibus, & simul terrenis potiri, cum peccatoribus vivere, & cum justis mori, atque in corde suo simul Deo, & inimico Dei diabolo palatium erigere velint. Verum actum agunt, idem enim respondent, quod Alexander Dario dixit, a Christo his verbis accipiant: *Nemo potest duobus dominis servire: non potest Deo servire, & Mammonae.* (Matt. 6.) Ego te creavi mi Christiane, ego te pretioso sanguine redemi, mihi fidelitatem in Baptismo promissisti, diabolo autem renunctasti, ego solus volo esse possessor cordis

tui, ego solus volo esse Dominus animae tuae, ego solus volo a te adorari: lecus si facias, si diabolo in corde tuo thronum erigas, si mundo partem animae tuae concedas, si utriusque solida dupliciter servare cupias, nolo partem cum infensissimo hoste meo habere, *Non vult Deus comminationem,* (ait S. Augustinus tr. 9. in Joann.) *sed solum possidere, quod emit; tantum enim emit, ut solum possideat.*

§. II. Et secundo, *Christum opera exercere.*

8. Secunda obligatio Christiani in Baptismo suscepta, est producere bonos virtutum fructus, non sufficit Christianum solum a peccatis abstinere, sed insuper bonum operari oportet. Si arbor sylvestris in hortum transplantata, neque malos, neque etiam bonos fructus proferat, hortulanus non esset contentus. Sic etiam Christianus, qui ante Baptismum sicut arbor sylvestris & inutilis truncus, postquam per Baptismum in Christi hortum translatus, & tepio Christi Salvatoris Sanguine irrigatus est, non solum non debet germinare fructus mortis, sed etiam vitae fructus proferre; alius, licet non ut noxia, tamen ut inutilis arbor ad securim condemnabitur, dicente Christo: *Arbor que non facit bonos fructus, excidetur & in ignem mittitur.* Ager quamvis non proferat tribulos & spinas, si tamen neque fegetes producat, inutilis est. Famulus, etiam si otioso non noceat, si tamen nulla utili occupatione rebus domesticis invigilet, abique mercede & domo expellatur: sic etiam homo, quamvis noxios scelerum fructus non progerneret, si tamen neque piis virtutum exercitationibus allaboret, tanquam inutilis arbor in ignem comburendus conjicietur: *Innus est,* (inquit S. Gregorius hom. 13. in Luc. c. 17.) *malus non agens, nisi etiam quisque studeat, & bonis operibus insudat.*

9. Apud Mattheum c. 25. legitur de illo servo, qui tantum unicum talentum acceperat, quod fuerit missus in carcerem, ubi stertus & stridor dentium. Quid ergo mali egit miserum hominum? peccatum Domini fui abscondit: qualis haec culpa? si talentum suum dilapidasset, tunc tam acerbo supplicio dignus fuisset, jam vero quia Domino suo nullum datum intulit, non video, quomodo salva justitia tam gravi poena multari poterit: quare ergo in carcerem conjectus est? Percipite responsum ex alia figura Scripturae: cum quondam Christus (Matt. 21.) e castro Bethania in urbem Jerusalem rediret, in via vidit ficulneam, in qua prater frondes & folia nulli fructus inventi sunt, Christus arboris sterilitati indignatus, maledixit illi, inquit: *Nunquam ex te fructus nascentur in sempiternum.* Comparatio infelicit scilicet: quid ergo mali egit, quae causa laboris tam vehementis indignationis Christi? Respondeo: nulla alia, nisi, quia omnino nullos fructus produxit. Ob eandem causam, etiam si ille servus peccatum Domini sui non dilapidaverit, qui tamen

neque lucrum exinde collegit, aeternae incarcerationis poenam incurrit.

10. Sic etiam tu mi Christiane, quamvis non pecces, si tamen bonum opus fructu careas, cum reprobis a Deo rejiceris: fit, quod illicitis voluptatibus animam tuam non coquinaes, sic, quod aliena non rapias, sic, quod vindictae studio vitae proximi tui non infidieris, sic, quod alienum thorum non violaveris, uo verbo, fit, quod nihil mali agas, Divinam legem non transgrediaris: si tamen animam tuam bonis operibus non exornes, infocunda arbor es, & vanae foliis nudi nominis Christiani superbis. Audi hac super re sententiam venerabilis Bedae in glossa (hic) *Arefcite Dominus arborem maledictam, ut homines hae videntes, fruo audientes, magis intelligentes, sese Divinae condemnaudes esse iudicio, si aliquo opem fructu de plausu tantum sibi, & regimento blandientur vridantium foliorum.*

11. Vis, ut argumentum deo prosequar ex nomine Christiani, quod in Baptismo receperis? Christianus dicit imitatore Christi, adeoque necesse est, ut virtutes Domini pia imitatione amuletis. O quanto studio, quanta cum industria id fecerunt homines vere Christiani! S. Margaritha Regis Hungariae filia ( Sanchez, Regn. Dei p. 7. c. 2. ) ad exemplum Christi cupiebat a toto mundo despicere & contempni, dicere sepe solebat, utinam essem subulci filia, ut a nemine honorarer: fuit ulceribus plena, quae tamen studio non purgavit, ut omnibus esset nausea & horrori. Humilitatem Christi amulatus est S. Aegydius Atheniensis, ( Speranz. punit. 21. ) fuit regia stirpe & insuper miraculis claruit; cum ergo cellula illius quotidie a numerofo populi concursu frequenteretur, & omnibus esset admirationi, cellulam in interiozem aream, procul ab omni hominum consortio transtulit. Jejunium & austeritatem Christi amulata est B. Maria Ogniacensis, quae a mense Septembris usque ad Pascha pane & aqua victitans, insuper corpus suum cilicibus, flagellis, alique cruciatibus sibiavit. Manifestum enim Christi amulatus est S. Christophorus Martyr; ( Speranz. punit. 8. ) quia Simonem presbitero alapa in faciem percussus non aliter vindicavit injuriam, quam dicendo: Va tibi si Christianus non essem! Patientiam Christi in doloribus amulatus est S. Paulus Eremita; ( Sanchez p. 6. c. 8. ) sanabat oleo omnes egrotos ad se venientes, suam tamen infirmitati oleum adhibere noluit, ne perderet meritum patientiae. Amorem inimicorum amulatus est P. Franciscus a Jesu, ( Rossignol. em. 3. p. 7. v. 32. ) ille ut Christianis in Japonia spiritibus obsequium succurrere posset, in urbe Nangasaco, dissimulata persona, & castanea vendidit. Quondam sacerdoti agonizanti in navi open ferens, cum a milite Lusitano quaereretur, quo pretio castanea venderet? cum caro nimis pretio eas haberet, a milite putare eum esse inancipium alapa percussus est: sed suoniam statim alteram maxillam percutiendum obtulit, pro Christiano habitus, agnitique est.

Ejusmodi heroica virtutum facinora adeo Christianorum propria sunt, ut vel ipsi gentiles ac Turcae id perbene noverint. Cum S. Ludovicus Rex ( Monach. cent. 5. c. 84. ) amicus exercitu in Syria captivus detineretur, venit aliquando ad illum Saladinus Princeps Saraccenus, quasi vitae an vere in Christum passum ac crucifixum crederet? Credo aiebat Ludovicus! Ergo, subinfert Saraccenus, carceres & arumnas non agre ferre debes, quas salutes ad exemplum Dei tui. En mi Christiane, hoc est vere esse Christianum, crucem Christi ambabus manibus amplecti, ejusque virtutes, non solo nomine, sed moribus & vita imitari; hinc ipse Christus Dominus solemniter pronuntiavit, ( Matth. 10. ) *Qui non tollit crucem suam & sequitur me, non potest me digni. Vis, mi Christiane, ut hanc veritatem ulterius corroborem ex ipso nomine, quod in Baptismo receperis? Scis utique, quod nuper explicavi, in Baptismo baptizatus imponitur nomen alicujus Sancti; cautela hujus rei est nulla, nisi ut baptizatus virtutibus & bonis operibus hunc Sanctum, cuius nomen gerit, imitari fudeat. O quanto ferore homines Sancti conati sunt id quod nomine suo praefecerunt, opera adimplete. Sanctus Confessor Doudaldus, quae vi nominis in Baptismo accepti intelligebat, omnia, quaequom homo possidet, a benigna Divinae manus liberalitate profusere, ideoque quocunque nominis sui recordatus est, Divinam erga se bonitatem, ac benevolentiam cum profundissimo humilitatis actu laudavit. ( S. Venidien. p. 1. in Festo Annunt. B. V. Mariae. ) S. Episcopus Carthagenensis, cui nomen erat Desgratias, recordatione nominis sui semper motus est, ut in omnibus cogitationibus, verbis, & operibus pro innumeris Divinae largitatis beneficiis omni momento immanitas Deo gratias ageret. S. Episcopus Neapolitanus, cui nomen erat, quod vult Deus, per nomen tuum ad tantam in adversis patientiam estimulatus est, ut in persecutionibus & amaris, in fame & siti, in morbis & afflictionibus nihil aliud cogitaverit, nihil aliud dixerit, nisi id, vult id, quod vult Deus. Taceo alios, qui eum nomine sibi imposito aulam sumperunt, magnum in virtutibus progressum faciendi. Ob hanc eandem rationem mi Christiane, tibi in Baptismo nomenclaturam Sancti imponitur, ut illius virtutum vestigiis infidias. Vocaris Petrus, imitare hujus Sancti victicam in fide constantiam; vocaris Joannes, imitare hujus Sancti Angelicam castitatem; vocaris Andreas, imitare hujus Sancti admirandum patientiam & erucem tolerandi desiderium; vocaris Jacobus, imitare hujus Sancti miam inimicis ignoscendi & pro his apud Deum veniam deprecandi virtutem; vocaris Philippus, imitare hujus Sancti ardentissimum animatum zelum, & obtundendam in adversis fortitudinem. Verbo, Sancti, cuius nomen in Baptismo accepisti, vitam, tanquam regulam in omnibus tuis actionibus tibi praeposita, ut proat nuper explicatum est.*

12. Epilogus. Christiana Anima! considera ex his obligationem tuam, quae tibi in collatione Baptismi imposta fuit: promissisti Deo fidelitatem, diabolo tuam cum omnibus pompis & operibus ejus abrenunciasti, tu qui prius eras filius diaboli, per Baptismum adoptatus es in Filium Dei: jam cogita, quid sis, & Divinae consors factus nature ( inquit S. Leo Papa serm. 1. de nativitate ) *noli in veterem vilitatem degeneri conversatione redire.* Filius Dei, non alicujus Principis terreni, sed ipsius Dei, ergo altiores concipe de te cogitationes. *Princeps es, quae sunt divini Principis cogitationes.* ( Ista 32. ) Sic ut filius Principis non cogitat agros falcare aratro, ita te mi Christiane illicitas terrena cupiditatis illecebras, quae opera sunt gentium, affectare pudeat: age! spiritibus mentis tuae alis ad altiora, ad caelestia, ad aeterna evola! Amen.

In Festo Ascensionis D. N. Jesu Christi.

CONCEPTUS XVII.

De triplici hoste, contra quem roborat Sacramentum Confirmationis.

Euntes in mundum univertum praedicate Evangelium omni creaturae. Marc. 16.

Infidias & bella in hac vita nobis movet triplex inimicus.

1. Cum Regum potentissimus familiares sibi aulicos, quorum opera & consilio haec tenus domi ad gerenda regimini negotia usus est, subito arma arripere jubet, coeque in omnes regni partes dimittit, mandans, ut sine mora exercitum constare, copias ducere, urbes communire, & omnia ad bellum parare fatagerent. Si insuper promitteret, quod peritissimum totius regni Archi-Strategem illis praeficere velit, qui inducendis ordinibus, in expugnandis urbibus, in dispendiis aciebus, in proligandis hostibus non haberet sui similem: si, inquam, haec omnia Rex ageret, nemo non argueret infensissimum hostem in ipsis regni vicibus grassari, cui opprimendo vires omnes adhiberi deberent. Diligantissimi Christiani! quid est Ecclesia Catholica? est regnum mysticum Christi, quod suo sanguine sibi comparavit: quid sunt Apostoli? sunt Christi familiares ac domestici, sunt in opere Redemptionis illius consiliarii, sunt, prout illos compellat Ecclesia, in Hymn. de Comm. Apost. *caelestis aula milites, & belli triumphales Duces!* hos, Rex Regum hodie in omni orbis plagas, contra idololatram, haereticam, superstitionem, luxuriam, aliaque scelera paguataros emittit: insuper fidem suam interponit, quod Spiritum sanctum, tanquam supremum totius belli ductorem illis adjungere velit: *Mittam vobis Spiritum Veritatis!* ( Joann. 15. ) denique ut militantes caelesti virtute roboraret, SS. Confirmationis Sacramentum instituit. Quis non credat, infensissimum, nocentissimumque esse hostem, contra quem tam ope-

rosam expeditionem adornari necesse est? Et ita revera se res habet. Jam ab ipsa mundi origine ad hoc usque momentum rebellat in orbe infensissimus & perniciosissimus hostis, qui cum infidiano, impugando, fallaciter blandiendo, pedicas & laqueos tendendo nunquam laesetur, innumerabiles animas, & haecenus permitit, & hodiecum perimit. Quis autem est ille hostis? Est infamissima illa trilas, mundus, caro, & demon, contra quorum potentiam & infidias per omnem vitam nobis decerrandum est. *Militia est vita hominis sicut exercitus!* ait S. Job: quare autem militia? Respondet S. Melchisedes Pontifex, in ep. ad Hiep. Episc. *quia tota vita inter insidiosissimos hostes gradiendum est.*

2. Propositio. Christiani mei! postquam materiam de Baptismo abolvimus, jam ulterius progredientes, praeliminariter perpendamus potentiam tergemini hujus hostis, videlicet mundi, carnis, & demonis, confideremus deplorandas strages, ac certamina, quibus infensissimi hostes animas minus cautas irreparabiliter accouentum superarunt, & hodiecum luperant, atque ex his patebit necessitas, utilitas, & supernaturalis virtus Sacramenti Confirmationis, quod Christus Dominus contra triplicem hunc inimicum instituit, quodque communiter denotatur, quod sit Sacramentum, quo baptizatus ab Episcopo sub praescripta verborum formula in fronte unctus ex institutione Christi gratis augmentum, & robor accipit. Attendite! Favete!

S. I. Videlicet omnibus accipiendum.

3. Confirmatio. Primus itaque hostis, qui homini Christiano infidias fruit, eumque per fallacia principia a salutis sentia avocet, & in perniciem adducere fatagat, est falsissimus mundus, de quo Jacobus Apostolus c. 4. ait: *Quicunque voluerit amicus esse hujus saeculi, inimicus Dei constituitur.* Nota, mi Christiane, partibus mundi, eoque falsis principis se addicere, idem est, ac pro inimico Dei se declarare. Quenam autem sunt haec fallacia principia? sunt illa, quibus res transitorias super aeterna extollit: sunt illa, quibus iustorum simplicitem desiderat, & impugnam abutuntur laudat: sunt illa, quibus pauperes & afflictos contempnit, divites autem & potentes beatos dicit: sunt illa, quibus per altam viam quam sancti haecenus triverunt, in caelum perveniri posse depradicit: sunt illa, quibus putat ita ferre posse Deo, ut non ostendatur diabolus: sunt illa, quibus non rationis ductum, sed mores & exempla sequitur: sunt illa, quibus vita nomine virtutum palliat, & adulatore urbanum, vindictae cupidum generosum, prodigum liberalem, lascivum ingeniosum, & modestum melancholicum vocat: sunt denique illa, quibus omnia, ad rationem status, & respectus humani dictamina componit. O quam innumera peccata infensissimi hostis falsis huius principis causat, quam innumeratas animas misere deceptas in perniciem trahit! Lubet unum vel alterum paradigma audire?